






1342

13321

BIBLIOTECA
MANTOVANA



DISSERTATIO INAUGURALIS
ECCLESIASTICO-POLITICO-PUBLICA

DE

JURE PRINCIPIS
CATHOLICI CIRCA
SACRA,

E

Genuinis Fontibus Iuris Publici Vniuersalis tam
Ecclesiastici, quam Saecularis, nec non e Sanctionibus Publicis
Romano - Germanicis deducta

Quam

PRÆSIDE

D. ALEXANDRO HAMMER,

Vtriusque Iuris Doctore REVERENDISSIMI ac CELSISSIMI
PRINCIPIS EPISCOPI BAMBERGENSIS & WIRCEBURGENSIS
&c. Confiliario Aetuali Aulico, Ejusdemque in Imperiali Ottoniano-
Fridericiana Universitate Iuris Publici & Feudalis Professore &c.

Reipublicæ Literariæ sistit

AUCTOR & DEFENDENS

CAROLUS CHRISTOPHORUS LÖVEN,

Confiliarius Aulicus Bambergensis.

EDITIO SECUNDA

13321

BAMBERGÆ

Sumptibus Martini Göbhard, Bibliopolæ Academicæ. MDCLIV.

Ed. Bibliotheca Carol. Ludov. Bambergensis
1788 Prof. Martini

DISERTATIO INAUGURALIS
ECCLIASITICO-POLITICO-PUBLICA

DE

13321

BIBLIOTEK
MUNICIPALIS
CATHOLICAE
SACRAE

Generis Fontibus Iuris Publici Universis
Institutionibus, nec non Institutionibus
Romano-Germanicis delictis


PRÆSIDE

D. ALEXANDRO HAMMER,
Magistro Iuris Doctore Reverendissimo ac
Principi EPISCOPI BAMBERGENSIS & WÜRZBURGENSIS
& Consilio Aulico, Pseudopodice in Imperiali Germanico
Imperiali Universitate Iuris Publici & Politici Professore etc.

CAROLUS CHRISTOPHORUS LÖVNI,
Consiliarius Aulicus Bambergensis

EDITIO SECUNDA

BAMBERGÆ
Sancitibus Maximi Gebhardi, Bibliopole Academiæ, MDCCCLV





PRÆFATIO.



Osteaquam exantlata Tentaminis vnus, atque duorum, quae *Rigorosa* vocant, Examinum Triade ad capessendos in Vtroque Iure Honores, ac Priuilegia propius adspirare, eumque in finem pro more Academico concinnum Dissertationis Inauguralis objectum seligere mihi datum fuit; Plura equidem *Iuris*, praesertim *Publici Romano-Germanici*, Capita aliorum lucubrationibus necdum ita exhausta inueni, vt in vltiori eorundem disquisitione non amplius cum laude versari liceret. Verum vt Legem mihi dictam esse credidi, vi cuius *Thema* huiusmodi Reipublicae Litterariae proponendum, quod non modo sua se vtilitate commendaret, sed etiam, *saltem in ea, qua luci exponendum esset, habitudine, & rerum enucleandarum dispositione*, obuium non occurreret, ita instituta prolixiori deliberatione in praesens

sens, de IVRE PRINCIPIS CATHOLICI CIRCA SACRA
incidi Argumentum. Vix autem primas ducturus lineas ma-
num operi admoueram, & ecce eiusdem materiem tam va-
rio, atque indiuiduo Conclusionum nexu concatenatam depre-
hendi, vt ab Illustrissimo Themate aut abstinendum omni-
no, aut id exasciata quadam Exegesi Conspectui Publico sub-
ficiendum videretur. Quam posteriorem viam si ingrederer,
in Controversias sexcentas sane quam maximè intricatas (quas vel
pru atorum Decisionibus intactas omnino relinquendas, vel
notam temeritatis, inuidiae, atque offensae, quocunque demum ad-
hibito in consilium temperamento, minime euitandam, merito
dixeris) excurrendi amplissimum mihi Campum aperiri, fa-
cile peruidi. Itaque propositum mutare, aliudque huic tam
delicatae Crisi obnoxio Themati Thema substituere, iam
certum mihi fixumque erat. Ast, habita iterum ite-
rumque mecum consultatione, vbi Vsum celeberrimi Argu-
menti Pragmaticum *IN PRINCIPATIBUS GERMANIÆ*
ECCLESIASTICIS et fere quotidianum existere, et *Legalem*
per eorum *Dioeceses*, ac *Territoria Cynosuram* passim accende-
re, animaduerti, ipsumque elucubrationis Systema *Metbo-*
do mere doctrinali ita adornari posse, perspexi, vt, siue de
SACERDOTIO, & IMPERIO, siue de *ALTERVTRO*,
siue de *VTROQUE* ex vna, & *AVGVSTANA CONFES-*
SIONE ex altera parte, pro triplici primario *Disertationis obie-*
cto, ageretur, ac quaestiones resoluendae emergerent, so-
lida vbiq; *Fundamenta* non quidem, modo plane incon-
gruo,

gruo, e domo propria partium, sed ex genuinis Fontibus pete-
rentur, soli LECTORIS, cui

de meliore luto finxit praecordia Titan,
perspicaci criterio, atque ulteriori deinceps pensitationi relinquen-
da; sin materiae substratae ratio hinc inde positivae Veritatis
Adsertionem disferenti imperaret, huic candori innocuae Liber-
tatis Academicae Studium fauorem facile conciliaret; inde circum-
specta hac animatus fiducia, remotis vndique obstaculis, Opus
ipsum aggressus propositi mei telam tandem pertexui, praesen-
temque, quam prae se fert, Dissertationi Inaugurali faciem
dedi, etsi forte pluribus in locis non adeo concinnam.

Quemadmodum porro in ipsa Speciminis pertractione
Controuersis singulis diffusam AVCTORVM Hypotyposin ad-
dere supervacuum, mihi que Lege Academica vel ideo haud
iniunctum arbitrabar, quod exquisitis potius RATIONUM
momentis, quam nudis DOCTORUM suffragiis Thesin quam-
cunque corroborandam, stabiliendamque esse, mihi quidem
Dogma certissimum semper visum fuerit; ita Stilum, Genusque
dicendi, quatenus saltem per notiones rebus, ac negotiis obuenien-
tibus pro indole sua, ac proprietate attemperandas licuit, pla-
num, atque perspicuum, vti et ad Eruditi cuiuslibet captum, mo-
do praesens vbique attentio succurrat, accomodatam passim
adhibere conatus fui; idque inter curas minime postremas
mihi numerabatur.

Quod si tamen a scopo subinde abetrasse, *Lucemque sufficientem obscurioribus quibusdam locis* haud accendisse, quibusdam videar, hos quidem suo abundare sensu animo tanto æquiori parior, quanto promptius colligere licet, *defectum huiusmodi ubicunque obuium in solam rerum euoluendarum abstrusam indaginem, abditosque recessus vnice refundendum*, ad eoque mihi neutiquam imputandum esse. Quare eo nomine *leuidense hoc opusculum* eo minus condemnandum suspicor, quod sinceram magis mentem, eamque omni partium studio liberam ad præsens institutum conferre nullo non tempore studui, ita quidem, vt, si quid præter spem *contra CONSTITUTIONES APOSTOLICAS GERMANIÆ SYSTEMATI APTATAS*, et *SANCTIONES IMPERII PRAGMATICAS*, nec non *SVBLIMIA VTRIVSQVE RELIGIONIS PROCERUM IVRA* Irrepfisse, doceri atque ostendi queat, id omne nunc, & in antecessum *pronon dicto, scriptoque* habendum, *palam* profitear, ac *publica hac Declaratione* adseuerem. Tu interim, **LECTOR CANDIDE**, vale, tuamque beneuolentiam mihi integram conferua,



CON-

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

CAPUT I.

PRÆLIMINARE.

DE

Habitudine, & Statu Imperii Ecclesiastici,

SECTIO I.

DE

*Existentia, et Sphaera propria Potestatis Clauium, siue Imperii
Externi Ecclesiastici, et Spiritualis.*

SECTIO II.

DE

*Conflictu Imperiorum Ecclesiastici, et Saecularis quoad
externa, ubi*

- I. *De Pontifice Romano abstractiue, siue secundum se conside-
rando.*
- II. *De Sede Romana ut Gubernatrice exteriori Ecclesiae Fide-
delis quidque Imperio Ecclesiastico, qua tali in Personas,
Res, & Iura Laicorum legitimae Facultatis competat,
vel non?*
- III. *De Maestate politica, quidque eidem in Personas, Res,
aut Bona Cleri Iuris competat, vel secus?*

CAPUT II.

DE

*Iure Principis Catholici circa Sacra Catholica, siue de Aduoca-
tia Ecclesiastica.*

MANTISSA.

DE

Norma Pacificationum Religiosarum.

CAPUT III.

DE

Iure Augustissimi Imperatoris, et Imperii circa Rem Religionis Germanicam.

SECTIO I.

DE

Imperatoris, & Imperii Nomothesia Religiosa.

SECTIO II.

DE

Augustissimi Imperatoris, ac Imperii Iurisdictione, et Executione circa Rem Religionis Germanicam.

CAPUT IV.

DE

Iure Principis Catholici circa Sacra Augustanae Confessionis.

SECTIO I.

DE

Iure Augustissimi Imperatoris, et Imperii circa Sacra Augustanae Confessionis.

SECTIO II.

DE

Iure Principis Catholici Status Imperii circa Sacra Augustanae Confessionis.

SUBSECTIO I.

DE

Iure Catholici Episcopi Principis, qua Episcopi circa Sacra Augustanae Confessionis.

SUBSECTIO II.

DE

Iure Principis Catholici, qua Status Saecularis circa Sacra Augustanae Confessionis.

CAPUT



CAPVT I.
PRÆLIMINARE
DE
HABITVDINE, ET STATV IMPERII
ECCLESIASTICI.
SECTIO I.

DE
*Existencia, et Sphaera propria Potestatis Clauium, siue Imperii
Externi Ecclesiastici, et Spiritualis.*

§. I.

Auspicaturus Obiectum Disfertationis inauguralis Sectione modo praescripta, falcem in messem alienam immittere uelle uidebor: Et sane *Systematis Hierarchico-Ecclesiastici* fundamentalis pertractatio tanquam cum puncto Fidei intime coniuncta ad profunda Theologiae Adyta in multis passibus respicit, huius autem Disciplinae Principia praeter officium credendi cuilibet Homini Catholico commune mihi incognita, et praepriis a scopo Iuris Candidati qua talis aliena sunt. Verum cum contextus materiae rem praesentem plane inconsideratam abire non permittat, eademque e Principiis *Iuris Naturalis, et Publici Vniuersalis* dilucidanda sit, non dubitavi eatenus me paucis explicare. Itaque

§. II.

Fides certum reddit, Hominem in Orbe positum esse *principaliter* ad Cultum CREATORI SVO exhibendum, operandamque inde Salutem aeternam, et minus *principaliter, subordinatoque modo* pro Felicitate sua

A

sua

2
 sua temporali obtinenda. Nolo quidem hic multis inquirere, quosnam sub nomine *Infidelium* proprie uenire oporteat, et an hi ad *Verum NVMINIS Cultum* ui compelli possint, uel debeant, aut quousque potius ex aduerso *Conscientiae Libertas* obtineant? Cum id omne non praesentis, sed Theologici Fori sit; hoc tamen experientia naturali edocemur, Hominem ratione *innati Corruptionis Status* aequae parum DEO, quod DEI est, tribuere, si sibi, deprauatoque suo Genio relinquatur, quam parum in ea rerum *Conditione Proximi, et Reipublicae* Iuribus satisfacit, adeoque saltem *eum* *Hominum Coetum*, qui *eandem Religionis Formulam*, profitentur, et quousque in ea persistunt istum in finem *Imperio quodam externo* egere, sponte sua fluere uidetur.

§ III.

Thesin, quantum scio, nemo negat; sed cui *Imperium* istud *Spirituale*, dictum alias *IVS CIRCA SACRA*, proprie competat, uarie disquiri uideo. Mihi indubitatum est, curam *Religionis* more *Naturalis*, quam diu *Status Naturalis* perdurauit, *penes Patres Familiarum* *segregum* pertitisse, praepriis, quod exsurgentes interim *Ciuitatum*, et *Imperiorum* diuersi *Conditores* *Idololatriae* uel *Auctores* uel *Promotores* extiterint, nullam uerae *Religionis*, *VNIUSQVE DEI* *Cultui* gubernationem, aut protectionem impertientes, quin potius aris et focus ei interdicentes. Ad *Legem Mosaicam* quod attinet, *immediatum*, et *proximum* ibidem per omnia *Legislatorem*, et *Gubernatorem* *DEVS Solus* egit, *Moyse*, et *Prophetarum* nonnisi *internuntio ore* *Vfus*.

IV.

Postquam autem mortificata *Lege Veteri* *Lux EVANGELII* effulsit, a *Politicorum* quibusdam, et praesertim hodie a plerisque *A. C. addictis Doctoribus* in eam *Sententiam* itum est, ut sibi persuadeant, *Ecclesiam* quamcunque demum non constituere in *integralitate* sua *distinctam*, separatamque a *Ciuili Potestate* *Reipublicam*, sed uere esse *membrum subditum* *Ciuile*, licet reliquis dignius. Ast perperam meo quidem *Iudicio*; ex natura rei enim repugnare arbitror, ut ille *Coetus*, qui, et quatenus tendit ad *finem* *Nobilissimum*, et *simpliciter* *Vltimum*, subordinetur, et potissimum quidem in uera *Linea Imperii* et *Potestatis*, alteri, *finem tantummodo* *temporalem* *intermediumque* respicienti. Potius inuerso stilo ab hac ipsa collatione *finium* statuendum autumo, *Potestatem Politicam* *Spirituale*, et *Ecclesiasticae* *suo modo* saltem, non uero hanc isti in *ratione Gubernationis* *externae* subordinari;

nari; de quo vtroque §. VII. et reliquis Sectionis sequentis vltiora sup-
peditabuntur.

§. V.

Alii de Statu Ecclesiastico hoc sibi Systema formant, nimirum se-
premam Vim dispositiuam pro eodem non latitare quidem tanquam par-
tem *subjectiuam*, et *intrinsecam* sub toto integrali *Maiestatico*, esse tamen
Potestatem quandam *Ciuili* semper, et *indiuisibiliter* ratione *eiusdem subie-*
cti vnitam, ita, vt, quicumque ista Titulo legitimo gaudeat, hoc ipso
supremus Sacrorum Inspector, et *Dominus*, ideoque in realitate *Episcopus*
existat; id quod olim commune *Protestantium* asertum fuit, quamuis
non pauci nomen Episcoporum, uel quasi talium in Principibus suis
horruerint, ne, vt aiebant, *Papatum* sapere uiderentur.

§. VI.

Huiusmodi Doctorum praesuppositum fundamentale est, *Cu-*
ram externam Religionis non necesario esse annexam SACERDOTIO.
Abstraho hic, An tii in formula Fidei suae uero Presbyterio gaudeant,
uel non, hunc passum rursus Foro Theologico relinquens. Vt igitur ex
altera parte uident, Ecclesiam directione externa *Auctoritatiua* indigere,
hanc autem e fonte *Maiestatis intrinseco* profluere immediate non posse,
aliud tamen Caput Imperans in consortio hominum praeter Superiorem
Territorialem non superesse, huic, quantum de se est, Regimen Eccle-
siae deferunt, tanquam ex duabus Potestatibus inter se quidem intrin-
sece diuersis, se in eodem subiecto insolubili uinculo vnitis totam rei
summam directuro.

Prodierunt quidem nouiter *Auctores diuersae Protestantibus*, quorum
nominibus paginam implere, superuacuum duco, Directionem Cultus
sui *rem Collegialem* totius Coetus Fidelis esse asserendo; sed uiderint
isti, quomodo Auctoritatem Statuum, et Dominorum suorum Terri-
torialium suo de Directione Ecclesiae externa conceptu in saluo repo-
nant, aut horum approbationem desuper obtineant. Mihi saltem du-
bium non est, *Ordines A. C.* Potestatem *externam realiter Directiuam* Ec-
clesiarum suarum nunquam dimisuros, et in solo Titulo *Dignitatis*, et
Praeeminentiae prae subditis suis eiusdem confessionis sociis acquieturos
esse, quod vltimum tamen horum Doctorum Secta innuere uidetur.

§. VII.

Misis his opinionibus omnino affirmo, facultatem Directricem
externam in Ecclesiasticis inter *proprietates solius Sacerdotii* esse; nam sicut

Disciplina Moralis pro notoria regula tenet, a *Fine* omnia *Negotia* humana instrui applicabiliter, et determinari, ita et *Finis specialis* Ecclesiae *Politico* multo praegnantior, eminentiorque requireret subiectum imperans in *sua et non alia Linea*; quid enim ipsissimae rationi naturali magis congruere possit, non circumspicio. Iam aequae in aperto consistit, quod *Sacerdotium* inter omnia *Myteria* *Nouae Legis* supremum locum obtineat: igitur huic *priuatiue* adscribenda venit *Suprema Potestas Clauium*, praepremis, cum rursus ex *Natura* rei pulcherrime conveniat, vt iste *Summam* rei *Spiritualis* tractet, qui *exercitium* potissimae eius partis ex *Institutione Diuina*, et sic, *Iuridice* loquendo, ex *Iure quaesito* sibi commissum habet.

§. VIII.

Audire mihi quidem uideor, exempla *Pragmatica* **CHRISTI** tanquam *Fundatoris Legis Nouae*, eiusque *Apostolorum* huic *Thesi* repugnare, quatenus *Doctrinam* suam non *exercitio externo Imperii*, sed *praedicatione Verbi*, et *mera directione morali* *Fidelium* formarint, et **SALVATORE** quidem nominatim *Diuino Oraculo* ediserente, *Regnum suum non esse de hoc mundo*, nec *Discipulis* suis, sed *Orbis Potestatibus* *Gladium*, aut *Imperium proprium* esse; et quae alia in *substantia* similia obijci possunt. Verum haec omnia asertioni meae minime officunt; praeterquam enim, quod huiusmodi *Textus* ad *mere Saecularia*, eaque *despotica* illius aevi *Imperia*, *Ciuitatesque Tyrannidi* proximas collineare uideantur, ita *relatiue* ad *Statum peculiarem* **SERVATORIS OPTIMI**, illiusque *Epochae* peritasin, quae *Potestatis externae Sacerdotalis* secundum *Ordinem Melchisedech* *impatiens* erat, *iustam interpretationem* admittunt. Ecclesiae certe nascenti in *Apostolis*, eorumque *immediatis* *Successoribus* non defuisse *ratione Status*, et *Muneris Clericalis* *Potestatem Directiuam externam* *Fidelium*, sed eosdem tantum ab *actuati* illius *Praxi* per *Gentilismum*, grasantemque eo tempore in *Christianos* tot *persecutionum* rabiem tantisper *suspensos*, adeoque *necessitate* eo *adactos* fuisse, vt quocunque modo *possibili* *Fidelibus* prospicerent, *argumento* *luculentissimo* inseruit, quod *subinde* *conuersis* ad *Christianam Fidem* *Imperatoribus Romanis*, quorum *initium* *notorie* fecit **CONSTANTINVS MAGNVS**, Ecclesia illico *celebrarit* **CONCILIA GENERALIA**, (quorum *quatuor* *Prima*, **NICÆNVM**, **CONSTANTINOPOLITANVM PRIMVM**, **EPHESINVM**, et **CALCHEDONENSE**, utpote ab *ipsis A. C. addictis* *agnita* *exempli loco* attulisse
suffi-

sufficiat,) inibique non tantum *Varia Dogmata Fidei* definierit, sed et *Hierarchiam Cleri*, ac huius *Statum, Functiones, et Munera* ordinarit, *Mores Fidelium* pio, et *Christiano* ordine collocarit, ac demum *Censuras Ecclesiasticas* determinarit, atque inflixerit immorigeris. Vid. praeter *Scriptores Ecclesiasticos alios* CABASSVTIVS in *Notitia Ecclesiastica* p. 121. *sqq.* Quid uero haec omnia in complexu suo important, nisi *Virtutem Directiuam Ecclesiae externam?*

§. IX.

Demonstrata sufficientissime, vt opinor, sunt fundamenta REIPUBLICÆ CHRISTIANÆ QVA TALIS; haec uero itidem ductu principiorum connaturalium *Caput quoddam Visibile, Ordinarium, et Permanens* exposcunt; nam DEVS modernum *Statum Gratiae*, eiusque obiecta externa singula non dirigit *immediate*, quo pacto Populum Iudaicum olim rexit, *Synagogam* eiusdem sua *soliis proxima* Potestate gubernans, *Prophetarum* operam *annunciatiuam* *Voluntatis Diuinae* tantum pro *Instrumento* adhibens. Deinde *Communitas Fidelium Visibilis* est et *externae*, adeoque pariter *Visibiliter* gubernanda; quod certo non ab alio, quam *Visibili Capite* proficisci potest; cum *Gubernationem* subiecto gubernando accommodatam esse oporteat.

§. X.

Distinctius iam per partes suas *Regimen Ecclesiae* contemplari iuuabit, vnde per se *differentiae* eiusdem a *Potestate Ciuili* elucescent. Itaque *Religio*, totumque ei cohaerens *Systema Ecclesiae externum* *Auctorem* agnoscit CHRISTVM. E diuerso *Politia* vel *Voluntati* hominum sui Iuris existentium, et in eandem societatem ciuilem vltro coeuntium, uel *Coactioni Bellicae*, dum populus a potentiore perdomitus cum uictrice gente in vnã Civitatem coalescit, suam originem debet. *Subiectum actiuum* *Regiminis Ecclesiastici*, si *Corpus integrum* respicias, SVMMS PONTIFEX cum, uel *sine Concilio Generali*, et quoad *Ecclesias*, et *Communitates particulares*, *subordinatoque modo* reliquis PRÆSVLVM ECCLESIASTICORVM exercendae pro foro externo Iurisdictionis spiritualis participum Chorus exhibent. Ita praeprimis intuitu Summi Pontificis sentit obsequioso Fidei ore Germania Catholica, in medio relinquens, qua ratione alii *Auctoritatem Concilii supra Papam*, et eius generis periculosa principia adstruentes asseriones suas a nota Temeritatis purgent, quam Thesin in praesenti nulla ex parte meam facio.

§. XI.

Subiectum passiuum Hierarchiae Ecclesiasticae integer Clerus diuersissimi generis, qui et quatenus in vsu potestatis externae spiritualis non est ipse constitutus, cum reliqua Communitate Fidei efformat, hoc tamen Clerum inter, et dictam Communitatem intercedente discrimine, quod haec pro diuersitate Finium, influentiumque eo obiectorum membrum subditum repraesentet Vtriusque Reipublicae, ille uero tam intuitu Muneris Sacri, quam etiam quoad Actiones, et Iura Personalia nonnisi sub qualitate Ciuis Ecclesiastici, vt ita loquar, ueniat, Imperio Ciuili regulariter (ratione rei rursus ex fine dicti Clericatus oriunda) minime subiectus, nisi quousque ad plenam emolumentorum Ciuilium perceptionem indistinctim adspirat; de quo inferius.

§. XII.

Transeo ad *Obiectum immediatum Potestatis Clauium*: et eatenus haec summam uersatur circa *Dogmata Fidei* declaranda, circa *Cultum Diuinum*, ac *Disciplinam moralem Fidelium*, quatenus specialiori ratione ad obiecta modo expressa, et obtinendam salutem ordinatur; et demum circa *Constitutionem, Iura, Functiones, et Obligaciones Personarum, rerumque Ecclesiasticarum earumque Possesiones Temporales*. Quod ad *Formam* attinet, exercetur Imperium spirituale ad similitudinem Imperii Ciuilis per *Publicas Generales Ordinationes*, harum ad facta in occurrentibus casibus peragenda *applicatione, et executione* spirituali.

§. XIII.

Et hoc est *proprium Ius* circa *Sacra intrinsecum, et directiuum*, recte describendum, quod sit *Potestas Ordinaria circa totum Complexum Religionis Mandata, Ordinationes, Legesque Vniuersales promulgandi, hasque medio Iudiciorum propriorum applicandi, ac demum subsidiis executiuis Systemati Ecclesiastico congruentibus* (quo numero poenae Ecclesiasticae uarii generis ueniunt) *ad effectum deducendi, et in summa ea omnia disponendi, quaecumque proxima, et realis Ecclesiae Necesitas, Vtilitasque exposcere uidebitur*. Cum uero ex vna parte non Vniiformis sit omnibus de Potestate Clauium, et Maiestate Ciuili, ac vtriusque Vi, et Virtute conceptus, et ex altera Iurisdictio Spiritualis Politicam, et haec istam saepius proxime contingat; hinc non potuit non multoties inter *Sacerdotium, et Imperium confusio Finium* oriri. Quae uero negotia proximam *Consiictus* ansam eatenus uel iam dederint, uel praebere deinceps possint, sequens *Sectio* declarabit.

SECTIO II.

DE

Conflictu Imperiorum Ecclesiastici, et Saecularis quoad externa.

§. I.

PRaesens Tractatio tres partes in se complectitur; *prima* de Sede Romana, eiusque Capite Summo Pontifice abstractim considerando, *altera* de eodem ut Governatore Externo totius Ecclesiae, quidque sub hoc respectu in personas, bona, et iura Saecularium facultatis legitimae possideat vel non? et *tertia* de Imperio Politico, quidque sub huius sphaerae iusto, et inculpabili exercitio Rectores Rerumpublicarum Temporalium in Systema Hierarchiae Ecclesiasticae statuere valeant, vel secus? e fontibus genuinis Iurisprudentiae Publicae Universalis discurret.

De Pontifice Romano abstractivae, siue secundum se considerando.

§. II.

Statuere reperio *A. C. Doctores*, et forte nonnullos alios, *Constitutionem* Pontificum olim saltem *Maiestati Caesariae* appertinuisse, et ex hoc fonte Potestatis emanasse. Proferunt in hunc finem exempla perplura Imperatorum Germanicorum Pontifices constituentium, et deponentium; PFEFFINGER. VITR. ILLVSTR. *Lib. 1. Tit. 15, §. 22. p. 1367. sqq.* Iudicant pariter, sibi, suaeque opinioni suffragari *Conventionem* inter OTTONEM I. MAGNUM, et PAPAM LEONEM VIII. initam, ut cuius illi, eiusque Successoribus ORDINANDÆ SEDI ROMANÆ POTESTAS adscripta fuerit; *Idem* PFEFFING. *Lib. 1. Tit. 2. p. 62. sqq.* Sed re ipsa labili fundamento intencionem suam superstruunt; permisa enim plena Veritate exemplorum allatorum quoad factum ipsum, de quo pasu mihi nihil discutiendum sumo, illa ut plurimum enata fuere ex *Controversiis*, atque *Disidiis* Sedem Romanam inter, et Caesares saepe numero subortis, ut proinde *Ius* aliquod inde resultare nequeat; aut si extra hanc causam originalem euenerit, contigerunt profecto omnia iis rerum, temporumque *Circumstantiis*, quibus Ecclesia in suo Systemate practico, et proxime applicabili Imperii externi hinc inde turbata fuerat, emergentibus quippe Creationum Pontificarum casibus malo *Schismatum* domestico vel iam inuoluta, vel praesentissimo hu-

ius

ius calamitatis periculo exposita; prout haec omnia locis prius allegatis abunde comprobantur. Neque plus euincit decantatum adeo *Patrum Leonino-Ottomanum*; ponamus enim rursus istud in tenore suo, quo à GRATIANO in *Can. 23. Dist. 63.* exhibetur, vnquam in rerum natura extitisse, quod tamen *Grauiissimi DD.* in dubium uocant, et *Canonem cit.* cum BARONIO *Tom. IX. Annal. ad An. 774. §. XIII. etc.*, ac GRETSERO in *Apologia pro BARONIO Cap. 1. et 18.* sublesta fidei, atque *Supposititium* censent; idque certum uidetur *Celeberr. P. FRANCISCO PAGO Breviar. Gestorum Pontific. Romanor. Tom. II. p. 230. N. 6.* ibi: „In *Leonis VIII.* pseudo-synodo Romana edita fertur Constitutio, „qua *Ottoni* Imperatori, eiusque Successoribus concessa est in perpetuum facultas eligendi Romanum Pontificem, et inuestituras Episcopis tribuendi. Hanc Constitutionem *GOLDASTVS Tom. I. Constit. Imperial. ex GRATIANO Distinct. 63. Cap. 23.*, THEODORICO NIEMO, et „aliis refert, pluribusque defendit. Imo *MARCA Lib. 8. de C. S. et I. Cap. 12. et 29.* a *Leone VIII.* datam fuisse contendit. Verum *BARONII* „argumentis non respondet, quorum primum petitur a falsitate similis „Concessionis ab *Hadriano I. Carolo Magno* factae, et in praetensa *Leonis VIII.* Constitutione memoratae, quasi uere eam *Hadrianus* emisisset; cum ergo huius falsitatem ex ipsomet *MARCA* in *Hadriano* ostenderimus, *BARONII* argumenta aduersus *Leoninam* nobis non possunt „non probari. Quoad exemplar eiusdem Constitutionis *Leonis VIII.* „a THEODORICO NIEMO, qui circa *Annum MCCCCX.* uixit, relatum, „illud ab imperito quodam Schismatico circa Saeculi X. finem excogitatum esse, multis probat *Annotator BARONII*, quae apud ipsum „legi possunt; pudet enim in refutatione tam *putidi Figmenti* immorari. „Demus, inquam, iterum iterumque, *Leoninam* Constitutionem ita reuera editam fuisse; et quid arguit, nisi *morbum Antipapatus*, et tristissimam eo tempore Ecclesiae Romanae conditionem? Ut adeo Imperatores non *proprio Majestatis*, sed *Iure Protectionis Extraordinario*, ac *Temporario* in huiusmodi Circumstantiis usi fuerint.

§. III.

Verum aliter haec omnia se habent, postquam tam *Canone*, quam *Usu* Creatio Pontificum a *solo Clero*, eoque *Primario* Ecclesiae totius, nempe *Cardinalitio*, peragitur; quocirca integrum discursum §. *praecedentis* inter *Historicas speculationes medii aevi* referendum iudicabis. Sed turbat circulum aliquatenus *Ius famosum sic dictae Exclusivae Papalis*, foetus,

foetus, quem temporum non ita remotorum *Ratio Status* parturivise uidetur; describi effectiue potest, quod sit *Actus*, quo a *Cardinalibus Protectoribus Nationum Publice in ipso Conclavi hoc, istudue subiectum Electionis passivae incapax edicitur, addita declaratione, in Casu Creationis contra factae, illud a Principalibus suis non iri agnitum.* Exercent hunc actum ut plurimum *CÆSARES*, non tamen ex *Iure Caesareo antiquo* proprie sic dicti Imperii in Urbem Romam, et Pontificem, tanquam residuum quoddam, ut quidam nouissime sibi persuasit *CLARISS. ESTOR. in Disser. de Iur. Exclusiu. Papal.*, qui proinde praerogatiuam hanc *Soli Caesari*, amotis de Iure, ut ait, *reliquis Statibus Catholicis*, assignauit; sed quid de *Reliquis Iuris* uel uerbo mentionem iniicere iuuat, ubi *Ius ipsum* uel nunquam extitit uel omnino *Vsucontrario* ab iis, quorum ex supposito interest, *tacite* approbato dudum sublatum est? Alia igitur circumspectiua origo, quae assignari alia nequit, quam *Naturalis Defensio*, qua quis in tempore se praemunire intendit aduersus *Praejudicia* sibi ab hoc, istoue Pontifice futuro uerisimiliter imminetia; sed an is ipse titulus *firmæ basi Iuris* innitatur, id ipsum est, quod sub criticam disquisitionem cadit.

§. IV.

Affirmandi momenta esse possunt, *Defensionem sui, Iuriumque suorum* esse *Iuris Naturae*, quo licitum sit, damna, et incommoda non *praesentia* tantum, sed et uerisimiliter *futura* a se auertere; suadere etiam sanam *rationem status*, in *Via* amoliri id, quod in *Termino* uel nullo amplius, uel difficillimo certe negotio amouibile existit; ita quidem *Politicorum* schola ratiocinabitur; fecus uero sentiunt *Canones* nimirum

I.) *Principium adeo illimitatum Defensionis Naturalis* ne quidem inter *Gentes* quia tales iusto modo obtinere, sed omnino ad *qualitatem Inculpatæ Tutelæ* praerequiri *damna* uel *existentia*, uel uerisimilitudine moraliter certa, pensatis rite circumstantiis, *imminentia*, ne alias, sic dicta *Defensio Naturalis* non *proprios*, sed *arbitrarios* tantum *Terminos* habere permittatur, proxima praebetur *ansa diffidentiae perpetuae* inter *Gentes*, et *Status HOBBSIANI*, siue *Belli omnium in omnes* infelix problema resuscitetur.

II.) Saepe memoratam *Defensionem Naturalem* in obiecto praesentis quaestionis carere *supposito*; ex natura sua enim eam applicari non posse, nisi inter *aequales*; in praesenti autem agi de *creando Capite Ecclesiae*, et in ordine ad hoc *Potestates Catholicas* non habere se in *linea aequalitatis*, sed *uerae subiectionis*; ac licet *SEDES ROMANA* *Principatu*

patu etiam *Saeculari* praefulgeat, subque eo respectu *Commercii Gentium* fit compos, quod subiectionem non norit; hanc tamen qualitatem accessoriam tantum esse isti alteri PASTORIS SVPREMI totius *Ecclesiae*; quam idcirco principaliter in considerationem venire oporteat; Hoc intuitu igitur

III.) Omnino, et eo magis obligari Status Catholicos, vt plenissimum *Electionis Vsum* relinquunt iis, (*Cardinales* intelligo,) quibus *Lege Ecclesiastica Vniuersali*, adeoque ubique regulariter *Obligatoria* attributa sit.

IV.) Quod haec ipsa Constitutio *Ecclesiae* manifestissimis rationibus instructa sit, cum aptissime conueniat, *Caput Supremum*, et *Principale Clerici imperturbate* eligi a *Clero*, et quidem illo, cui intimae rationes *Ecclesiae quotidiano Vsu* exploratissimae sunt, et patefcunt; ubi contra *inmixtio Principum Saecularium* huiusmodi *Electiones Canonicas* cum detrimento *Ecclesiae* saepe in *longum Temporis spatium* protrahit, imo uero proximam *Schismatis* occasionem pro diuersis circumstantiis suppeditare potest; vt adeo publicis *Ecclesiae Vniuersalis* rationibus merito cedere debeat *interesse particulare* vnus, alteriusue Principis, vt vt ex supposito certum, et liquidum. Pro qua Parte interim firmiora pugnent argumenta, Lector iudicet.

§. V.

In contemplatione abstractiua Sedis Romanae, Summorumque Pontificum vltior occurrit quaestio: *An ii in propugnationem Possessionum suarum, Iuriumque mere Temporalium aduersus Potestates Supremas Catholicas cum effectu vti queant gladio pure spirituali Excommunicationis?* Res ancipitem Dubitationis aleam uel ineunte hoc Saeculo subiit, et magnis animorum motibus agitata fuit; prout *obuia* passim *Historia* luculentissimo Testimonio adstipulatur. *Scripta Amoebae*, quae tunc temporis prodire, exhibet FABRI Saats. *Canley Tom. XIII. C. XVI. N. 1. 2. 3. etc.*

§. VI.

Politicus quaestionem in partem *Negatiuam* resoluit, eoquod Papa relative ad latifundia sua *Temporalia* ornatus sit *Vera Maiestate Temporalis*, constituat in *Corpore Politico Gentium* *Notabile* Membrum, gaudeatque harum Iuribus tam *actiue*, quam *passiue*, a quibus uero Iuribus *Ecclesiastica Censura* aliena sit minimeque in istam classem pertinens. Et uidentur principia huiusmodi omnino euincere suum intentum in *Casu*, quo Pontificum vnus, alterue *Ius belli Actiuum* exercet; hoc ipso facto enim se quoque *offensioni* alterius *Potentiae* exponit. Ast haec *Circumstantia*

stantia extra Statum nostrae quaestionis uersatur, hoc supposito innixum, quod Pontifex primo hostiliter non agat.

§. VII.

Et in his demum genuinis Quaestionis terminis *Asfertor Immunitatis Ecclesiasticae* Politico refragatur, neruum probandi ita instruendo: Pontifex ordinarie *Arma temporalia* nulli Principum Catholicorum intencat, sed vt plurimum potius gerit *Mediatorem Pacis* quasi *ui Officii* talem, subque hac qualitate ab Orbe Catholico hodie suspicitur; Quodsi igitur *Vim sibi illatam* Vi sufficienter aptata, Iure Naturali permittente, repellere nequeat, eo iustius ad *Arma Spiritualia* in *subsidium* confugit, siquidem haec pro *manutenendo* Vniuersali Systemate Ecclesiae, ad quod *Possessiones Temporales* pro moderna rerum, temporumque peristasi *indispensabiliter* pertinent, ex necessitate rei comparata, Ecclesiaeque propria sunt; *Idem FABR. C. 16. N. 1. 2.* Interim hoc forte non adeo controuersum est, *Censuram quaestionis* etiam fundatam non ferri a Pontifice ut *superiore* uel *Iudice* in *subditum*, et per modum *Sententiae*, sed vt a *Principe aequali* in *aequalem*, et per modum *remedii Defensionalis*; ideoque effectum suum tantum obtinebit *dependentem a Conscientia* Censurati, vti alia omnia, quae inter *Gentes qua tales* geruntur; Sed porro *incidenter* quaeres: *An non Censuratus quaestionis saltem in foro externo teneatur se talem gerere, licet forte in foro poli de Iustitia Causae suae certum se reputet?*

Affirmabit *Canonista* ratione *uitandi scandali*; contrarium sibi rursus persuadebit *Politicus*, quod tali ratione absque vltiori opera adhibita se quis uictum contra *Stilum, Moresque Gentium* ipso facto profiteretur. Ego *incidentem* hanc aequè minus, ac *Principalem* quaestionem resoluere ausim, contentus denuo, vtriusque partis Argumenta in medium attulisse. De Sede Romana vt *Gubernatrice* exteriori Ecclesiae *Fidelis*, quidque Imperio Ecclesiastico qua tali in *Personas, Res, et Iura Laicorum* Legitimae *Facultatis* competat uel non?

§. VIII.

Maiestas Imperio Ecclesiastico quoad *Dignitatem* indubie cedit; quoad *Potestatem* autem *vtriusque Summam*, et *Ordinariam* vna alteram vt *parem*, et *aequalem* respicit; cum *Maiestas* in sua sphaera aequè sit *suprema*, ac *Ecclesia* in suo ordine. At *extra ordinem*, et vbi subingreditur *proxima* et *realis necessitas* Ecclesiae, *Potestati Clauium* *Maiestatem subordinatam* existere in uero genere *subiectionis*, me conuincit *Finis* vtriusque *Reipublicae*; nam sicut inspecta intentione *creacionis* *sublunaris* *Temporalitatis*

poralitas cuiuslibet Ciuis, adeoque et altera Maieftatis, vtpote cum illa in effectu coincidens, *principaliter* et *ultimo* est propter *Finem Spiritualem*, et *profluunt inde* Imperium Ecclesiasticum, ita profecto Ecclesiae in Casibus, quibus causa Publica eiusdem pro consecutione Finis sibi praestituti ita exigit, *Vis obligandi* Ciuitatem politicam superesse debebit; in quo ipso *infallibilis Nota*, *Teseraque subordinationis moralis* latet.

§. IX.

Verum quemadmodum in Ciuitate, non obstante, quod Princeps *intentionem fundatam* pro Imperio *Vniuersali* teneat, ratione *actualis applicationis* eiusdem, qua se subditi per saepe *ultra Officium Regium* grauatos conqueruntur, non vna inter *Caput Ciuile*, et *membra* exoritur Ciuilis *Disensio*; sic olim inter *Nationes reliquas* praepimis GERMANICA in puncto *Collationum Beneficialium, Annatarum, Iurium Pallii, similitumque Grauarum* cum sede Romana conflictata fuit. Historiam rei sistit PFERFINGER. *cit. Lib. I. Tit. 15. §. 23. p. 1396. sqq.*, in cuius tamen euolutione *Cautela Catholica* vti commendanda omnino, ita sedulo, circumspecteque est adhibenda vbique. Grauaamina ipsa per NOMINATISSIMA GERMANIAE CONCORDATA in substantia sublata sunt. Id autem passim sciscitari solent: *An memorata Concordata Originibus Vimmeri Priuilegii Papalis, vel potius proprii Pacti consecuta sint, adeoque eam et deinceps conformiter Principiis Naturalibus Pactorum retinere debeant? Et posterius omnino statuendum uenit.*

§. X.

Nam I.) *Sedes Pontificia* quidem in *Exercitio Imperii Ecclesiastici fundata intentione* gaudet; sed vbi in particulari contra illud *iusta Grauaamina* obtenduntur, quae certe Germanis non defuisse uidentur; in hac, inquam, *hypothesi secutae Collisionis iustae* inter Ecclesiam, et eius *Membra, nexus Imperii Ecclesiastici* in tantum *laxatur*, vt ea, quae deinceps pro *sopiendis Controuersis* vtrinque aguntur, censeantur, saltem quoad *praesens negotium inter pares* geri, *cesante tantisper Vinculo Imperantium, et Parentum*. Necesario igitur *Vnio Voluntatum e praecius illis Tractatibus pacificis* resultans non pro *Actu Imperii, siue proprio Priuilegio, similitue Ordinatione*, sed pro *mero Pacto* habenda est. *Ducta paritas a Republica Ciuili* in simili casu cum Ciuibus suis conueniente rem optime illustrat.

II.) *Copiae Concordatorum tam Sedis Romanae, quam Germaniae* *Nomine* passim *subscriptae* leguntur, SCHMAVS. *Corp. Iur. Publ. Acad. p. 84.*

De

De simili subnotatione ipsius Originalis aequè minus dubium prudens suspensio potest illi, cui totum rei gestae contextum rite ponderare placet. Iam uero quis non uidet, experientiae, et principijs Diplomaticis manifeste refragari, Priuilegium, aut Gratiam Superioris in scripto imperitiam ab ipso Priuilegiato subscribi? Vt adeo appositio manus utrinque facta indubio argumento sit, praescripta in uim ueri Pacti ualere. Quae assertio utique procedit, ubi Nationem Germanicam in Corpore, siue collectiue, ut aiunt, acceptam nobis repraesentamus. Quodsi enim singula eius membra diuisim considerentur, Concordata Constitutionis, uel Sanctionis, aut Legis uniuersaliter obligantis indolem aequè sortiuntur, ac Capitulationes Caesareae, quae licet quoad primigeniam constitutionem inaequalis Pacti rationem habeant, Nomotheticam tamen Naturam cum reliquis Imperii Sanctionibus aequalem participant.

§. XI

Quum itaque geminam Pactorum, seu Conuentionum Naturam, atque Indolem Concordata Germaniae sortiantur omnino, consequens est, ut illa ABSQVE MUTVO VTRIVSQVE PARTIS CONSENSV

I.) Quoad sensus dubios nec Interpretationem Authenticam, nec

II.) Derogationem aliquid abolendo, Subrogationem aliquid mutando; nec

III.) Abrogationem Conuenta penitus tollendo; admittere queant; quod enim ab initio in Vim formatae Conuentionis euasit, in hac qualitate etiam conseruari debet; ut proinde Ecclesiae Imperium qua tale hic non amplius obtineat locum, cum res primitus, et in sui constitutione ex eo fonte non proflexerit. Vnde colligere pronum est, quare hinc inde successu temporis succreuerint tot Grauiamina CAPITVLORVM METROPOLITANORVM, et CATHEDRALIUM Germaniae, conuergentium, concordata aequè, ac Statuta sua, et Obseruantias Capitulares ex arbitrio negligi. Exempla nostrae aetatis refert FABRI SAATZ: Canzley Tom. II. Fasc. I. a N. 1. usque ad 9. inclus. Tom. IV. C. 4. Fasc. 2. Tom. IX. C. XI. N. 2.

§. XII.

Succedit disquisitio de Obiectis saecularibus Fidelium, quidque in iis Imperio Ecclesiastico qua tali Iuris competat, uel non? Vbi prima quaestio se offert: An Ecclesia Clero Curato fundum sustentationis, Declinas intelligo, e bonis Laicorum assignare possit? Canonistarum argumenta affirmatiua

tiua haec sunt, nimirum iam in *Lege Veteri Decimas Leuitis* ab ipso DEO destinatas fuisse, quam *Sanctionem Diuinam Veterem* Ecclesia eo magis pro *Clero suo Curato resuscitare*, uel potius *retinere* potuerit, quod *ipsa qua talis sustentationem stabilem praebere nequeat*; Ex aduerso autem *Largitiones, Foundationesque Fidelium tam incertae sint, quam certo* quotidianis Cleri Spiritualibus Officiis opus est; igitur eatenus Ecclesiam merito *Vi Imperii Ecclesiastici Vniuersalis Victum* e bonis Laicorum *perpetua Lege* assignare potuisse, quod praeterea *manifesta Aequitas Naturalis* suadeat, *Clero Alimenta stabiliter* praestari ab iis, quibus ipse *Sacra* quotidie administrat.

§. XIII.

Ac in bonis quidem *fertilibus* et ab *antiquo cultis* Membra Ecclesiae *Curata* intentionem suam plerumque *etiam possessione munitam* habent; si modo *Decimas ex Concessione Summi Pontificis, aut Priuilegio Saeculo* *datas* excipis, id quod etiam de *Decimis Noualium* statuendum uidetur, vt et in iis *Clerus Curatus* saltem aduersus *Decimatorem Vniuersalem loci*, qui ejusdem secum *Curatae Conditionis Ecclesiasticae non est, uti et contra* *Possessores fundorum ipsos Libertatem Naturalem* aduersus *Decimabilitatem* generaliter obmouentes *fundatus* existat; cum tam pro *Decimis Noualium*, quam pro *reliquis* plena rationis *identitas* militet. De caetero *argumenta Procuratorum Fisci Principalis Decimas Noualium suis Principibus e Capite Territorii uindicantium* suo loco, *crisique* ob *paginarum angustiam* merito relinquo.

§. XIV.

Etiam ratione *Delictorum* a Laicis commisorum *Dioeceses, et Territoria* quandoque *conflictari* uidemus. Sunt uero *delicta*, de quibus hic fermo, *triplicis* potissimum generis, *pure Civilia, pure Ecclesiastica, et Mixta*; *Prima* sunt, quae *immediate* offendunt *solam Ciuitatem*, quo inter reliqua pertinet *Crimen laesae Maiestatis in genere, et specie: Altera* *species Statum Ecclesiae proxime uiolat*, u. g. *Simonia, Apostasia* etc. *Ad eantur Canonistae loc. congr. Mixtorum Crimium* classi accensentur, quae contra *Officia Hominis erga DEUM, erga se ipsum, et alios* peccant, ideoque propter *immediatam Transgressionem Legis Naturalis* in *utramque* *Rempubicam aequaliter* impingunt.

§. XV.

Sicut *delicta primi generis* ad *Cognitionem, et Animaduersionem Iudicis Saecularis* spectant, ita *illa secundae et tertiae speciei, quatenus*

tenus criminaliter in foro Saeculari punibilia sunt, huic ab Ecclesia merito relinquuntur, et eatenus res omnis satis expedita uidetur. Reliqua uero delicta *mixtae classis*, praeprimis quae *sextum praeceptum Decalogi principaliter*, uel *reductiue* concernunt, quo numero sunt *Adulteria simplicia*, et *prima in locis*, ubi *Criminali poena* non afficiuntur, *Fornicationes simplices*, et huic connexus *Punctus alimentationis* prolium illegitimarum, et similia, non adeo certae semper *Iurisdictionis* respectu *Iudicium Ecclesiasticorum*, et *Saecularium* habentur. In regula quidem *praeuentiuem* obtinere recte dixeris, cum eo ipso, quod *mixta* sint, utriusque Reipublicae *Iudicium* peraeque fundent. Sed in *Hypothesi Obseruantia*, et *Statuta locorum* peraepe *Exceptionem* faciunt, quae idcirco optime in subsidium illustrandae rei praesentis assumuntur.

De Maiestate Politica, quidque eidem in Personas, Res aut Bona Cleri iuris competat, uel secus?

§. XVI.

Principaliter hic sese considerandum offert CLERUS PRIMARIUS Imperii nostri Romano-Germanici, quo nomine *Principes*, atque *Status Ecclesiasticos* denotamus. Circa horum, praecipue *Archi-et Episcoporum*, constitutionem lis ingens, teste *Historia Saeculi XI*, eferuescere coepit inter S. GREGORIVM VII. *Summum Pontificem*, et HENRICVM IV., utroque illam sibi uindicante. Sustulerunt disfidium utriusque Successores CALLISTVS II., et HENRICVS V. mediante *Famosa Transactione Wormatiae Anno MCXXII.* inita, ui cuius *Electio* dictorum Praesulum *Ecclesiae* relicta, uel *potius reddita*, *largitio* uero *Feudalis Regalium* peragenda *Signo Sceptri Maiestatu* Caesareae asserata est; EUOLU. SCHMAVS. *Corp. Iur. Publ. Academ. p. 1. fqq.*

§. XVII.

Verum, cum quidem uigore dictae TRANSACTIONIS CALLISTINO-HENRICIANÆ *Pedum*, et *Gladius* in Ecclesia Germanica ad *Originarios* utrinque *Fontes* redierint, nec tamen *diserte* expressum fuerit, *utrum Praesules Germani prius ab Ecclesia Episcopi*, uel *contra a Caesaribus omnium primo Principes Imperii formandi sint* ambigua forte nonnullis quaestio uidebitur: *An non in hoc negotio praerogatiua Caesareae Maiestatu debeatur?* Cum praesertim *Imperator em paciscentem sibi, suisque Successoribus Inuestituram Regalium per Sceptum*, quae dimissae priori per *baculum et anulum* successit, hodieque, *eodem ritu* intuitu *Principum & Ecclesiasticorum*

rum, et Saecularium per Gladium Imperialem peragi solita laudatos Antistites in esse Principum, aut Statuum Imperii uel format primitus, si noua sit, uel ciuilitate confirmat in ea qualitate, si renouata, praecipuo quodam modo reseruasse, non pauci arbitrentur.

§. XVIII.

Et profecto dubium hoc Decisionem luculentam e Tabulis Pacti Wormatiensis haurire nequit; at postquam Episcopi solenniori forma et stabilitate a Curia Romana coeperunt confirmari, eaque super re diserte in Concordatis Germaniae cautum est, SCHMAVS. Alleg. Corp. Iur. Publ. Acad. p. 80.; res dubio caret, cum atefati Praesules primo a Sede Apostolica in qualitate Episcopali, et deinceps ab Imperatore in esse Principum determinentur. Hinc ante Tempora Pacis Olynabrugensis Episcopi A. C. ex eo potissimum Capite, quod Confirmationem Papalem non obtinuissent, a Catholicis etiam quoad effectus politicos sub ea qualitate non sunt agniti; OBRECHT. ad I. P. O. Art. V. §. 21. Praxis id etiam ostendit quotidiana, siquidem Confirmationem Papalem prius, quam Inuestituram Caesaream, nec refragante Aula Imperiali, dato casu expetere audent. Imo memorata Inuestitura ipsis non confertur, donec Originale Confirmationis Pontificiae exhibuerint; MOSER. ad Ord. Iudic. Imperial. Aul. P. 3. p. 523. Minime obstat dictis, reperiri interdum in Comitibus, et in reliquis Functionibus Publicis, atque Expeditionibus Negotiorum Imperii Archi- et Episcopos adhuc mere electos; VITRIAR. Instit. Iur. Publ. Rom. Germ. Lib. 4. Tit. 1. §. 19. Namque

I.) Haec extra ordinem contingunt eodem modo, quo subinde Principes, et Status Saeculares etiam necdum inuestiti de Regalibus inter Comitiatim deliberantes comparent. Confer. cit. Auct. loc. Alleg. §. 22. Ex neutra autem parte propterea Regula conficitur.

II.) Eo Tempore, quo illa Coadministratio Negotiorum Imperium ab Archi- uel Episcopo, similie Persona Ecclesiastica more adhuc electa exerceatur, aequae parum adest Inuestitura Caesarea, quam certo Confirmatio Papalis deficit. Versantur igitur exempla eius generis extra Terminos nostrae quaestionis eo tendentes: An Persona Ecclesiastica mentionis de Iuribus Regalibus a Caesare legitime inuestiatur, etiam necdum a Pontifice confirmata?

III.) Casus obmoti tantum habent locum in Electionibus Canonice factis, nulloque saltem sensibili defectu laborantibus, et quae proinde Confirmationem Papalem in Venire, quae Pragmaticorum phrasis est, iam e-

runt.

runt. Saltem Imperium non admittet electum Clericum intra Gremium suum, nisi prius de *Authentia Electionis suo modo certius redditum fuerit.*

§. XIX.

Istud uero quaestione dignum est: *Annon saltem extra Ordinem Imperatores adhuc hodie possint Auctoritatem suam Electionibus Praesulum Maiorum Imperii interponere, ac explicite etiam Vi Maiestatis ab Electione passiva impedire subiectum, quod iudicant Reipublicae nocuum fore?* Repraesentat Casum rei fati memorabilem FABRI SAATS-CANLEY Tom. XI. Cap. 13., qui concernit negotium *Electionis Episcopalis Monasterii Anno 1706. peractae, ubi gloriosissime defunctus Imperator D. IOSEPHVS Episcopo Paderbornensi, etsi per maiora electo, in publica Conferentia Capitulari Exclusiuam cum comminatione dederat, se tam Confirmationem Electionis Romae impediturum, quam eidem etiam denegaturum esse Inuestituram Regalium; Alleg. loc. N. 2. 3. 4. Quam ob causam deinde a Rege Prussiae qua Commembro Circuli Westphalici, et a Statibus Generalibus foederati Belgii, nec non ab ipso Electo varia pro Libertate Electionis de- et remonstrata fuisse nouimus.*

§. XX.

Quoad rem ipsam quaestionis discordant Canonistarum, et Politicorum principia, hi in partes affirmatiuas propendent, dum propugnant

I.) Non pertinere inter Casus *Metaphysicos*, eligi posse a Gremiis *Capitularibus* Subiectum Patriae uerisimiliter plus damni, quam utilitatis allaturum; praepremis, si Praesulatus Ecclesiasticus *Potentius extraneis Imperio non adeo Anicis conterminus, uel iisdem forte Iure aliquo Protectionis, et Clientelae, atque addictior sit; vbinam uero periculum hoc reapse subuerfetur, diiudicari omnino debere, et auerti a Maiestate, et Capite Reipublicae.*

II.) Licet caeteroquin in *Casibus ordinariis* Electioni Ecclesiarum Germanicarum se *Iure* nemo immisceat, aliud tamen fore in *contingentia* quaestionis *extraordinaria*; cum *Salus Reipublicae suprema Lex sit, reliqua Iura priuata uincens, cui fundamentali (vt quidem huius sententiae Patronis uidetur) Regulae Sanioris Politices se quoque Praesulatus Ecclesiastici, utpote qui plenissime participant Ius eminens Ciuitatis Germanicae, conformare teneantur.*

III.) Vsum *liberi suffragii* Capitulo in omnibus reliquis Subiectis praeter id, quod *pro excluso* declaratur, fati adhuc in saluo superesse. Inspic. eiusdem FABRI N. 8. etc.

§. XXI.

Canonistae uia contraria incedunt, reponuntque

I.) Electuros haud dubie absque eo *Obligationi suae iuratae*, qua in istis occurrentiis tam Patriae, quam Ecclesiae deuincti sunt, satisfacturos, ac damna utriusque pro uiribus amolituros esse. Ex aduerso autem

II.) Maieitati Caesareae ansam proximam praebere, *quauis oportunitate se se Creationibus Antistitum Germanicorum ingerendi*; qui conatus ita comparatus uideatur, ut

III.) *Libertati Ecclesiarum e diametro repugnet, plus idcirco ipsi Publico detrimenti, quam speratae utilitatis allaturus.* Euolu. rursus FABRI loc. cit. N. 2. 6. 7. 9. 10.

IV.) *Nulla Imperii Lege, aut Obseruantia probari posse, Imperatori, praepremis in moderno Systemate Imperii, plus Iuris, Auctoritatis in Principes Ecclesiasticos, quam in Saeculares competere, cum potius in quibusdam punctis, e. g. in materia Banni Imperialis, Ecclesiasticos potioris conditionis esse constet.* Sicut igitur Imperator eum, quem Sanguis, et Prouidentia Maiorum ad Territorium Saeculare uocat, sub praetextu *Salutis Publicae* repellere, et publico saltem conatu excludere nequit: rem sane *inauditi* hucusque *exempli* esse; ita idem sentiendum de Principibus Ecclesiasticis; quod enim in Saecularibus *Successio Hereditaria* efficit, id in his *Electionem* operari, *unico* interueniente *discrimine*, quod in Principatu, uel huiusmodi Territorio Saeculari *Successor* tempore apertae successione *actu iam* existat in rerum natura, in Ecclesiasticis uero Ditionibus *Successor e Gremio Capituli seligi modo*, et determinari debeat.

§. XXII.

Iudicant porro his fundamentis *decretoriam rationem* superaddi a *Pactis Publicis, Transactione nimirum Callistino-Heinriciana, et Concordatis Germaniae*, quibus *plenissimam Electionum libertatem* stabilitam esse asserunt, adeo, ut illa, cum sint *Summos Pontifices Ecclesiamque Romanam* inter ex vna, et *Imperatores nomine Nationis Germanicae* ex altera parte legitime inita, praecise secundum *principia naturalia pactorum* mensuram suam capiant, excluso utrinque *omni Imperio proprie* sic dicto. Et quemadmodum his *sub Imperii, Rationisque Status praetextu* Ecclesia *se sola* contrahere nequit, Confer. §. 9. *sqq.*, ita Imperatorem ex sua parte eadem pariter infringere non posse, tuentur. Addunt praeterea memoratis

moratis Conuentionibus Pontifico-Caefareis in Capitulationibus Imperatoris, praepriis etiam in *Nouissima Art. XIV.*, speciale robur Confirmationis accommodari. Quae uero pars dissentientium triumphet in campo Veritatis et Iustitiae, aequus lector diiudicet.

§. XXIII.

De caetero per modum Regulae notandum, Status Ecclesiasticos aequali per omnia cum Ordinibus Politicis nexu Imperio deuinciri, si modo unicum Bannum Imperiale excipias, utpote quod Ecclesiasticos solis Iuribus Temporalibus, Feudis, Regalibus, aliisque Privilegiis priuat, Personis eorundem ab offensione saluis, Saeculares uero cuiuslibet laesioni priuatae impune exponit; *BLVM. Procesf. Camer. Tit. XXIX. §. quod reliquas etc. 115.* Regulam probat *Conuentio Callistino-Heinriciana* supra allegata §. *Electus* etc. 2. ibi: *Electus autem Regalia per Sceptrum a Te recipiat, exceptis omnibus, quae ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, ET QVÆ EX HIS* IVRE TIBI DEBET, FACIAT. Vid. *SCHMAVS. Corp. Jur. Publ. Aca-dem. p. 3.* Adstipulatur quoque Obseruantia notoria, siquidem Principes, aliique Ciues Ecclesiastici immediati in Actionibus personalibus aequae, ac realibus Obiecta mere Temporalia respicientibus Forum duntaxat Imperiale, non Ecclesiasticum sortiuntur; ut adeo ui *Conclusi Imperialis Canonisfarum Esensium* prouocatio a Curia feudali *Abbatissae ad Nunciaturam Colonisensem puncto Caducitatis* quondam pertentata, Iure optimo obolata atque irrita declarata fuerit; *FABRI Saats. Canzley Tom. XI. C. 2. N. 4.* Confer. eiusdem *Tom. XXIII. C. 13. N. 2. et 3.*, ubi exhibet aliud *Conclusum Imperii in Causa Abbatis Helueti Creuzlingensis contra Abbatem Petershusanum puncto Proëdriae Imperialis* adornatum, ex quo luculentissime patet, quam strenue Imperator, et Ordines Iura Imperii propugnarint. Porro *Archi- et Episcopatus, reliquasque Ditiones, et Bona Ecclesiastica in Casu Necesitatis* nullo alio modo euitabilis, et ubi *Conseruatio Religionis Antiquae* respectiue, ac totius Corporis Politici Salus simpliciter id exigit, *Heteroclitam* quodammodo Indolem nancisci, atque hinc *flexibile Transactionis Obiectum* constituere, Saeculoque, donec per *DEI Gratiam de Religione ipsa conuenierit*, dari potuisse, docet *I. P. O. Art. X. et sqq. Euolu. et I. P. M. C. XI. etc.*

§. XXIV.

Descendo ad Praefules *Landstasstos*, per quos eos intelligo, qui Iurisdictione Fori Saecularis, et persaepe etiam usu aliquorum Regalium gaudent. Et huiusmodi Praelatum in Regula quoad omnia Negotia mere Temporalia,

sive eius Personam, sive Bona immediate concernant, Superioritati Territoriali subiectum existimo, nisi uel Leges Ecclesiasticae Vniuersales Iure Diuino immediate subnixae, quo celebre Priuilegium Canonis pertinet, vel Vsu Ciuili Pragmaticae redditae, aut Priuilegia ipsius Territorii, Pacta, similesue Tituli Exceptionem ingerant. Mouet me, vt ita sentiam, conaturalis ratio, nam Commoda, et Onera (sive Obligationes Reipublicae debitae) e sine suo sunt indiuidua, et sine facto Reipublicae diuidua fieri non possunt; consequenter Clerus Prouincialis, intrando Ciuitatem Territorii, hoc ipso etiam se eius Oneribus, et Obligationibus subiecit, nec alia intentione susceptum iudicari potest. Certe Respublica, quando cum concessione Iurisdictionis, et nonnullorum subinde Regalium Clerum Ciuitate donauit, hoc suo facto, se eundem pro Ciue mere Honorario, et Solis Commodis fruendo habituram esse, neutiquam declarauit. Cum praefertim Aequitas Naturalis Onera ac Commoda ab eodem Subiecto aequaliter participari uelit; ex qua ipsissima aequitatis ratione nec Ecclesia circa realia Subiectioni Territoriali Clericatus quaestionis aduersari potest. Quin saepius haec Vniuersalis Subiectio Territorialis insuper Specialibus Pactis roboratur. Vid. RECESS. de An. 1738. inter CELSISSIMVM NOSTRVM, EIVSQVE IMPERIALEM PRINCIPATVM BAMBERGENSEM ex vna, et MONASTERIVM BANTHENSE ex altera parte initus in Prooem. Cui iung. RECESS. inter ALTEFATVM CELSISSIMVM NOSTRVM et qua EPISCOPVM ORDINARIVM, et qua DOMINVM, ac PRINCIPEM TERRITORIALEM, Eiusque DIOECESIN, et Principatum BAMBERGENSEM pariter ex vna, et MONASTERIVM LANGHEIMENSE ex altera parte initus de Anno 1741. itidem in Prooem.

§. XXV.

In specie uero prima difficultas occurrit: An in constituendis Praefulibus Landsasfiacis aliquas, et quasnam partes obtineat Superior Territorii? Ac primo quidem uix controuersam est, eundem dictorum Praefulum Electionibus nudo protectorio modo, quin ipsi actui tanquam mere spirituali se immisceat, rite assistere; contingit enim hoc Vi Advocatae Ecclesiasticae, quam Dominus Territorii Maiestati suae Analogae Iure proprio (vt inferius euincetur) inseparabiliter annexam habet. Et quis notoriam Germaniae praxin assero adstipulari ignorat? Praeterea Rectores Territoriorum nonnunquam se se interponunt Electionibus memoratis, vtendo uel solo Iure Exclusivae respectu huius, illiusue Subiecti,
aut

aut *Speciate* infuper *Votum* praetendendo. Rationem forte assignant, quod non de *Praesule* mere *Ecclesiastico*, sed sicut de *Ciue eminentiore* Territorii formando agatur; vt proinde Reipublicae, si non *aequales* cum *Ecclesia*, aliquas saltem partes obueneri oporteat. E contrario *Ecclesia* prouocabit ad *Ius Eligendi sibi* *privatiue* competens, vtpote quod iam inde a *Temporibus antiquissimis*, quibus *Ius Territorii*, praecipue quoad *praesentem effectum*, uel *neccum cognitum*, uel saltem in *Usu* deductum non fuerit, *Vi Continuae*, et *numquam interruptae*, licet forsitan *Via Facti* aliquoties turbatae *Possessionis*, ac *Tenore Canonum Vniuersalium*, sibi legitime quaesitum contendit. Sed praestat *Decisionem Theos* in medio relinquere. Quoad *Hypothese* *Transactio* quaedam in *Imperiali Episcopatu*, atque *Principatu Bambergenfi* insignem lucem accendit.

§. XXVI.

Certiori adhuc *Iure Principia* §. XXIV. allata peruincunt, *Praesulem* eiusmodi *mediatum* in *Obiectis* mere *Temporalibus*, etsi pure *personaliter* u. g. ex *Contractibus*, *similibusue* *Negotiis* obligatus conueniatur, *Foro Saeculari* *privatiue* substat, adeo, vt *Princeps Episcopus*, cui forte *Landfascius* noster in *Spiritualibus* aequae, ac *Temporalibus* subest, omnes huiusmodi *Causas indistincte*, pro suo *Arbitrio*, *Soli Iudicio Ecclesiastico* decidendas committere regulariter non possit; quid si enim, vbi contrarium fit, *Pars succumbens* dein *Romam* appellet, appellata autem in *Archidicasteris* *Imperii Violationem Iurisdictionis Imperialis* denunciaret? profecto non tantum *Augusta* haec *Tribunalia* illico *Mandata Poenalia* S. C. decernent, sed ipsum etiam *Imperium Ius suum* *supremae Cognitionis* sibi in omnes *singulasque* *Ciuum* tam *im-* quam *mediatorum* *Causas* *Temporales* competens acerrime tuebitur pro praesenti aequae, ac pro altero casu, vbi hic et nunc a *Sententiis Officialium Ecclesiasticorum* ad *Nunciaturam Apostolicam*, uel ad ipsam etiam *Curiam Romanam* appellari contigerit.

Lubet hic occasione huiuscemodi *Appellationum* uelut in *Compendio* *Systema Iurisdictionale Antiquissimum*, ex quo *Pax Ecclesiae* tot, tamque immanes *Gentilium* *persecutiones* passae reddita fuit, paucis contemplari. Teste *VITRIARIO* *Instit. I. P. Lib. IV. Tit. 3. §. 8.* *SACRI IUDICII* fuit *decisio* *quarumuis litium*, ad *id a Laicis* *perlatarum*. Subiungit *Eiusdem* *Illustrator PFEFFINGER. Lit. G. L. 1. C. Theodos. de Episcop. Iudic.*, vbi *CONSTANTINVS ABLAVIO P. P.* „*Quicumque* *litem* „*habens, siue possessor, siue petitor* erit, inter *initia litis*, uel *decursis* *temporumpericulis*, siue cum *negotium* *peroratur*, siue cum iam *coeperit*

„promiſententia, *Iudicium* eligit *SS. Legis Antiftitis*, illico ſine aliqua du-
 „bitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad *Episcopum* (alii legunt, ad
 „*Episcoporum Iudicium*) cum ſermone litigantium dirigatur. Multa
 „enim, quae in Iudicio captioſae praefcriptionis uincula non patiuntur,
 „inueſtigat, et promit *Sacroſanctae Religionis Auctoritas*. Omnes itaque
 „*Cauſae*, quae uel Praetorio Iure, uel Ciuili tractantur, *Episcoporum*
 „*Sententiis* terminatae perpetuo ſtabilitatis Iure firmantur; nec liceat
 „ulterius retractare negotium, quod *Episcoporum Sententia* deciderit.
 „*Teſtimonium* etiam ab vno licet *Episcopo* perhibitum omnes Iudices *indubitan-*
 „*ter* accipiant, nec alius audiatur, cum *Teſtimonium Episcopi* a qualibet
 „parte fuerit repromiſum. Illud eſt enim *Veritatis Auctoritate* firmatum,
 „illud incorruptum, quod a *Sacroſancto Homine Conſcientia mentis illibatae*
 „protulerit. Hoc Nos *Edicto Salubri* aliquando Cenſuimus, hoc *perpe-*
 „*tua Lege* firmamus, *malitioſa litium ſemina* comprimentes, vt miſeri ho-
 „mines longis, ac paene perpetuis *Actionum laqueis* implicati, ab *improbis*
 „*petitionibus*, uel a *cupiditate praepropera*, maturo ſine diſcedant.

§. XXVII.

Prorogatae huius Iuriſdictionis aequitatem tanto maiorem eſſe
 exiſtimabant *Francorum Reges*, quanto minus *ipſi Principes Romani* id
 Ciuibus ſuis indulgere dubitaſſent. Conſtitutio certe, quae *CAPITVL.*
Lib. VI. §. CCCXVI. Edit. Baluz. occurrit, diſerte ad *Legem §.*
Praeced. allegatam provocat in Verbis: „Volumus, atque Praecipimus,
 „vt omnes Ditioni Noſtrae DEO auxiliante ſubieſti, tam *Romani*,
 „quam *Franci, Alamanni, Baiuuarii, Saxones, Turingii, Freſones, Galli,*
 „*Burgundiones, Britones, Langobardi, Vuaſcones, Beneuentani, Gotbi, et*
 „*Hiſpani*, caeterique nobis ſubieſti omnes, licet quocunq; uideantur
 „Legis uinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc
 „*Sententiam*, quam ex ſexto decimo *THEODOSII Imperatoris Libro, Ca-*
 „*pitulo* uidelicet *XI. ad Interrogata ABLAVII Ducis* illi, et omnibus re-
 „ſcriptam ſumpſimus, et inter *Noſtra Capitula* pro *Lege* tenenda *conſultu*
 „*omnium fidelium Noſtrorum tam Clericorum, quam et Laicorum* poſuimus,
 „*Lege cunctis perpetuo tenenda*, id eſt: *Quicumque litem habens* etc. Et
 quanquam *Celeberr. HEINECCIO Tom. II. Elem. Iur. Germ. Lib. III. Tit. I.*
 §. *XXXIII.* mirum ac monſtro paene ſimile uideatur, praefatis *Francorum*
 Regibus perſuaderi potuiſſe, ut et alias *quacunq; Cauſas Ciuiles*,
 ſiue de *Poſſeſſione*, ſiue de *Iure*, et *Titulo* litigaretur, ad *Episcoporum Tri-*
bunal pertrahi paterentur, *Fidem* tamen *CAPITVLARIBVS* derogare
 hic

hic Saeculi Nostri PAPIANVS sustinuit nunquam. Sane, quod CAROLINGICAM PERIODVM exceptit, ÆVVM MEDIVM frequentia admodum Iudiciorum Ecclesiasticorum ex Capite prorogatae Iurisdictionis in Saeculares procedentium Exempla passim subministrat. Verum immutata subinde Imperii Romano-Germanici facie, praesertim Saeculo XI., et XII. Prorogationi huiusmodi IMPERATORES NOSTRI grauisime oblectati fuere. Tergiuersationem hanc uel maxime fundatam IPSE SVMMVS PONTIFEX ALEXANDER III. in C. si duobus VII. §. Denique, de Appellationibus luculenter agnoscit, ibi: „Denique quod quaeris, si a Civili Iudicio, dice ante Iudicium, uel post, ad Nostram Audientiam fuerit appellatum, an huiusmodi Appellatio teneat: Tenet quidem in his, qui sunt NOSTRÆ TEMPORALI IURISDICTIONI SVBIECTI; in ALIIS uero, etsi de Consuetudine Ecclesiae teneat, secundum Iuris Rigorem credimus NON TENERE.”

Quae Cura, ac Sollicitudo, circa uindicandam, asferendamque Imperio Iurisdictionem suam, CONRADVM III. FRIDERICVM I. FRIDERICVM II., ac LVDOVICVM BAVARVM fatigarit, prolixè recenset PFEFFINGER. ad VITRIAR. Lib. 3. Tit. 3. pag. 436. sqq. Quam aegre SIGISMVNDVS Imperator Appellationem ERICI Lauenburgensum Ducis, in Causa Saxoniae Electoratus in Fridericum Misniae Marchionem translatis, Ann. MCCCCXXXIII. ad CONCILIVM BASILEENSE interpositam tulerit, binae eiusdem Litterae sub dato Vlnae, Feria quarta post Iacobi Ann. MCCCCXXXIV., rursusque 28. Iulti eod. Ann. ad Concilium perscriptae, quibus Causae Remissionem ad FORVM COMPETENS uehementer vrgebat, fatis superque loquuntur. Tenor Litterarum integer occurrit apud LONDORPIVM Tom. I. Actor. Public. Lib. I. C. 5. p. 27., et THVCELIVM in Electis Iuris Publici Curiosis de Ann. 1694. C. I. p. 13. sqq.

§. XXVIII.

Haec summatim ex Actis Medii Æui delibare uisum fuit. Ab eo enim tempore, quemadmodum sub continuo per tria Saecula AVSTRIACORVM Principatu Imperium, uti Europa omnis, nouam ueluti faciem accepit, deditque Historiae, ita suprema Iurisdictionis Imperialis ulterioribus magis, magisque Praesidiis, atque Sanctionibus muniri coepit. Ex ERDMANNI Chron. Osnabrug. apud MEIBOMIVM Tom. II. Rer. Germanic. p. 256. perspicue patet, quod Imperator FRIDERICVS III., alias IV., et V. Osnabrugensis maiori Banno Imperii percusserit, quia ab Ipsius Sententia,

tentia, qua Iohannem Hoiensium Comitem ab eis captum, saluum, et in-
 zolumem Iuliacensium Duci, aut Hassiae Landgrauio, donec Causa eius
 rite examinaretur, tradi mandauerat, ad idem Concilium Basileense pro-
 uocare ausi fuere. Similiter, Teste CONRINGIO de Republ. Exercit. VI.
 de Iudicijs Reipublicae Germanicae Cor. 73. p. 291., Ann. MCCCCLXXVI,
 nullam declarauit GEBHARDI Halberstadium Praesulis Appellationem, ab
 ipsius Sententia in fauorem Hedwigis Abbatisae Quedlinburgensis, in Causa
 Pagi Ditsfurt, lata ad Pontificem SIXTVM IV. directam, eo quod Curiae
 Romanae de Germanorum Regalibus nulla Cognitio competeret, iniun-
 gendo insuper ei per Decretum 6. Nouembr. sub poena priuationis omnium
 Regalium, et Priuilegiorum, intra quindecim dies ab insinuatione compu-
 tandos, a coeptis desistere. Augustissimi Parentis longe Dignissimus
 Successor MAXIMILIANVSI., Vestigijs Paternis curatius insistendo,
 Iurisdictioni Imperii amplius prospexit. Docet id R. I. Augustanus de
 Ann. 1500. Tit. 30. ibi: „Nachdem auch hievor in gehaltenen Reichs-
 „Tägen von etlichen Weltlichen Ständen, der Geistlichen Ge-
 „richt haben, Abndung geschehen ist, sollen Sich die Geistliche,
 „und Weltliche, so des mit- oder gegen einander vermeynen zu thun zu
 „haben, unterstehen mit einander gütlich zu vertragen; möchten sie Sich
 „aber gütlich nicht vereinigten, so soll Unser verordnet Reichs-
 „Regiment auf einiges Theil Klag, oder Anruffen, nach Ziemlich-
 „keit zu handeln fürnehmen &c. &c. Imo paucis post annis scilicet 1512.
 20. Febr. in Causa Appellationis a Camera ad S. Pontificem, IUDICIUM CA-
 MERÆ IMPERIALIS rigide in Appellantes animaduertisse, constat
 ex RAPHAELIS SEILERI Decisionibus Cameralibus, Tit. Appellare quibus, et
 a quibus liceat? Vbi hoc SCRIBIT: „Daß den Beklagten ihre Appellation
 „von einem Urtheil am Cammer-Gericht gesprochen, an Pabst,
 „Heiligkeit gethan, demselben Cammer-Gericht insinuiert; also zur
 „Schmach, Beracht: und Verlegung Kaiserlicher Majestät
 „Hoheit, und zu Abbruch derselben Majestät, und des Heili-
 „gen Reichs Oberster Iurisdiction fürgenommen, keines weegs ge-
 „ziemt, sie auch derhalben die Poen der Rechten, und andere merk-
 „liche Buß, und Straf verwirkt haben, darein Wir sie gefallen zu seyn
 „erklären, und solche Poen auf hundert Mark lötiges Golds, in den
 „Kais

„Kaiserlichen und Reichs-Fiscum zu bezahlen, mäßigen *zc.* RECESSVI-
 „*nsuper* TREVIRENSI, et COLONIENSI *eiusdem Anni* insertum fuit
 P. I. §. 2. „Ob jemand, wer der, oder die wären, so Uns als Römi-
 „schen Kaiser, das Heilige Römische Reich, oder die Glieder desselben,
 „die demselben anhängig, und gehorsam seynd, von wegen des Heiligen
 „Reichs, an Ihren Ehren, Freyheiten, Recht, und Gerech-
 „tigkeiten beschädigen, vergewaltigen, verdrücken, Theilung im Heili-
 „gen Reich machen, oder ihnen zum Vortheil Sie dem Heiligen Reich
 „entziehen, und abbrechen wollten, wieder die, ihre Helfer, und An-
 „hänger, sollen und wollen Wir einander getreulich verholffen, und berar-
 „then seyn *zc. zc.* Et P. II. §. 22. Nachdem Grafen, und Herrn sich auf
 „diesem Reichs-Tag beschwärt haben - - - - der Geistlichen Gericht,
 „und anders, als soll auf nechstkünftigen Reichs-Tag davon der Billig-
 „keit nach, gehandelt werden *zc. zc.*

§. XXIX.

Actum id praecipue sub Auspiciis CAROLI V., in cuius *Ordina-*
tione Camerali Wormatiensi de Ann. 1521. Tit. XXX. cautum reperitur: „Fer-
 „ner ist auch betrachtet, daß alle des Reichs Verwandten bey ordent-
 „lichen Inländischen Rechten - - - - gelassen - - - und mit
 „allen Obrigkeiten verschafft würde, daß die Mißbräuche an bey-
 „den, Geistlichen und Weltlichen Gerichten, abge-
 „stellt, die beyderseits förmlich, und ordentlich gehalten, je eins das
 „ander bey seinem gebühelichen Process, und Lauf,
 „ohn Eintrag, und Verhinderung ließ, allerhand Unrath, Wie-
 „derwill, und Unwesens, so daraus erwachsen, fürzukommen *zc. zc.*
 Memorabile non minus est *Mandatum Generale*, quod Iniquissimus Im-
 perator *sub dato Bruxellis, 3. Octobr. 1548.* promulgavit, *districte* prae-
 cipiens: „Vt omnes Imperio subiecti, *Eiusdem Superioritatem, Iuris-*
 „*ditionem, Feuda, et Iura* conferuarent, neque se, neque suos Vasallos,
 „et subditos, ad EXTERNA, ET FORANEA TRIBVNALIA in
 „*Ius* vocari, *trahere sinerent, neque citati comparerent*, et si quid a quopiam
 „*extraneo Principe, uel quouis alio* attentari contigerit, ei pro uirili resi-
 „sterent, atque SVAM CÆSAREAM MAIESTATEM, et *Fiscalem*
 „*Iudici*

„*Judicii Camerae, citra ullam cunctationem, certiozem redderent, quo in*
 „*omnem casum de congruo remedio possit prouideri etc.*“ Euolu. FA-
 BRI Saats-Canzley Tom. IV. C. XII. Fascic. 2. p. 681. Quod ut eo ac-
 curatius, sanctiusque obseruaretur, P. II. Ord. Cam. de Ann. 1555.
 Tit. VII. sine exceptione decretum fuit, *Causas Fürstenthum, Her-*
zogthum, Graffschaft &c. belangend, so vom Reich zu Lehen rüh-
 ren, und einem Theil gänzlich, und endlich abgesprochen wer-
 den sollen, *extra Imperium non trahendas, sed a Caesare iudicandas; et*
 P. III. Tit. 51., *nullam penitus Appellationem a Sententiis Cameralibus ua-*
litarum. Quae Constitutio vt vt saluberrima gliscentes hinc inde abusuf
radicitus tollere non potuit. Itaque Auctore FERDINANDO III.
fortiora malo repullulanti remedia adhibebantur; prout innuit R. I.
N. de Ann. 1654. §. 164., quo omnis Recursus in Temporalibus, ab Archi-
et Episcoporum Treuirensis, Colonicnsis, Leodiensis, et Monasteriensis Officia-
libus, Nomine Principum suorum Iurisdictionem pariter Ecclesiasticam,
atque Saecularem, seu Ciuilem exercentibus, ad Rotam Romanam serio
interdicitur, ibi: „Als sich auch die Stände zum höchsten beschwäret, daß
„in den Erz- und Stiftern, Cöln, Lüttich, und Münster, wie
„auch andern Orten des Reichs, allerhand Mißbräuche, wegen
„Vornehmung der Appellationen und Recursen von den Offi-
cialibus ad Pontificem, und die Nuncios, entstehen, indeme man
„sich derselben fast von allen urtheilen ohne Unterscheid, es betreffe
„gleich Ciuil- oder Profan - Sachen, bedient, die Iurisdictiones
„wieder die Ordnung confundirt, die Ciuil-Sachen aufferhalb
„des Reichs zu fremden Gerichten gezogen, und die Partheyen,
„mit Verspielung vieler Zeit und Unkosten, umgetrieben werden,
„dahero erfolgt, daß nicht allein viel Mandat-Procefs de Casfando entspringen,
„sondern die Nuncii vielmalen, durch Gegen-Mandata Casfatoria, den
„Partheyen die Cammer-Gerichtliche Verboth aufzuheben, bey
„starker Geld-Poen, oder Geistlicher Censur, anzubefehlen pfle-
„gen. So wollen Wir an den Päpstlichen
„Stuhl zu Rom hierinn die Nothdurft dahin beweglich gelangen las-
„sen, damit den Nunciis dergleichen ohnzulässiges Verfahren im
„Reich, und über dessen Glieder, und Unterthanen mit Ernst
 „ver-

„verbothen und fürters nicht mehr gestattet, und, da dargegen ichtwas
 „attentirt, oder gehandelt wurde, solches keine Krafft haben,
 „sondern wiederum cassirt, aufgehoben, auch insgemein die
 „Euocationes vor fremde Gerichte, und aufferhalb des Reichs,
 „wie sie dann ohne das bey Unserm Reichs Hof Rath, und
 „Cammer Gericht nicht geachtet, keines weegs zugelassen ---
 „seyn sollen &c.

§. XXX.

Energicam huius Nomothesia Imperialis Anacephalaeosin graphice inculcant Capitulationes FERDINANDI IV. Art. XVII., LEOPOLDINA Art. XIX. Auctam sistunt IOSEPHINA Art. XVIII., CAROLINA penultima Art. XIV., et CAROLINA Nouissima Art. eod. §. 4. ibi: „Gleicher gestalt wollen Wir, wann es sich etwan begäbe, „daß die *Causae Ciuiles* von ihrem ordentlichen Gericht im Heiligen Reich ab: und auffer dasselbe ad *Nuncios Apostolicos*, und wohl gar ad *Curiam Romanam* gezogen würden, solches abschaffen, vernichten, und ernstlich verbiethen, auch Unseren Kaiserlichen Fiscalen so wohl an Unserm Kaiserlichen Reichs Hof Rath, als Cammer Gericht, anbefehlen; wieder diejenige, sowohl Partheyen, als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die sich hinführo dergleichen anmassen, und darin einiger gestalt gebrauchen lassen würden, mit behöriger Anflag von Amts wegen zu verfahren, damit die Ubertretter demnechsten gebührend, angesehen, und bestraft werden mögen.

Item §. 5. „Und weisen vorberührter Civil-Sachen willen zwischen Unseren, und des Reichs Höchsten Gerichtern, so dann denen Apostolischen Nunciaturen mehrmahlige Streit- und Irrungen entstanden, indeme so ein: als anderen Orts die ab deren Officialen Urtheil beschehene Appellationes angenommen, Processus erkannt, selbige auch durch allerhand scharffe Mandata, zu größter Irr- und Beschwerung der Partheyen, zu behaupten gesucht worden: Wormit dann diesem vorkommen,

„und aller Iurisdictionis: Conflict möchte verhütet werden;
 „So wollen Wir daran seyn, daß die *Causae Saeculares* ab Eccle-
 „siasticis rechtlich distinguirt, auch die darunter vorkommende
 „zweifelhafte Fälle durch gütliche mit dem Päpstlichen Stuhl
 „vornehmende Handlung und Vergleich erlediget, fort der
 „Geist und Weltlichen Obrigkeit einer Jeden ihr Recht, und
 „Iudicatur ungestört gelassen werden möge. *Homogenea Dis-*
positio occurrit in Delineatione Capitulationis Perpetuae Art. itidem XIV.
 „Euolu. Gegenwärtige Verfassung der Kaiserlichen Regierung
 „in Deutschland, cuius praeclarissimi Operis Auctor est Perillustri-
 „s. B. de ZECH, Potentissimi Poloniarum Regis olim Consiliarius Intimus, prout
 „HOFFMANNI Bibliotheca Iuris Publici testatur.

De Iurisdictione Officialium Leodiensis, et Monasteriensis: ab Appellatione
 ad Coloniensem in Causis Civilibus libera GEORGIVS MELCHIOR de LVDOLFF
 Imperialis Iudicii Camerae Assessor Variar. Obseruation. Forens. P. I. Obseru.
 CX. haec diserit: „Appellationes ab Officialibus Leodiensi, et Mo-
 „nasteriensi ad Coloniensem Metropolitico, ante Visitationem Nouissi-
 „mam Camerae Imperialis toleratae fuerunt *Vsu* magis, quam ad Legum
 „Imperii Sensum. Est enim Colonien-
 „saltem Superior, non uero in Civilibus, licet ipse in Archiepiscopatu Co-
 „loniensi Civilem quoque exerceat Iurisdictionem. Post Recessum *Visita-*
 „tionis, cum *Edicta* Imperatoria Anno 1710. publicata fuissent, irrita ha-
 „bita fuit omnis ista Appellatio, saepius quidem tentata, sed cum damno
 „et sumtuum, et ipsius Causae, Sententia prioris Iudicis Leodiensis, uel
 „Monasteriensis habita fuit pro RE IUDICATA. Praeter ea, quae
 „in Dissertatione nostra sequente adducta fuere exempla, aliud com-
 „memorandum est in *Causa* Abbatissae Trans-aquas, des Glasters:
 „Uber Wasser, in Vrbe Monasteriensi Contra Pastorem Niesing in Al-
 „berslohe. Cum appellasset ad *Cameram* a Sententia Officialis Colonien-
 „s. repulsum tulit 17. Iunii 1719., quia si *Causa* fuisset Civilis, non erat
 „fundata Iurisdictione Colonien-
 „s. si Ecclesiastica, non
 „pertinebat ad *Cameram*. Huic Obseruationi subiungit idem Celeber-
 „rimus Auctor Singularem, qua Anno 1724. primum edita totam hanc ma-
 „teriem solidissime enucleauit, DISSERTATIONEM de Iurisdictione
 „Officiali-

Officialium in Causis Civilibus; Speciatim de Recursu ad Officiale Metropolitanum Coloniensem ab Officiali Leodiensi, et Monasteriensi; Commendandi præcipue inter reliquos eiusdem Aphorismi XIII. XIV. et seqq. Inter Officiales Episcopatum, qui in Causis Civilibus exercent iurisdictionem, et a quibus immediate ad Iudicia Suprema Imperii appellatur, numerandum etiam esse Officiale Paderbornensem, Laudati Perillustri Assessoris Obseruatio V. docet, idque ex Litteris Informatoriis ab Officiali Paderbornensi THEODORO HOLTERO V. I. L. II. Februarii 1725. ad Cameram transmissis luculenter euincit etc.

§. XXXI.

Sed vt e diuerticulo in Viam redeam, ex eodem fundamento quaesitae intuitu mere temporalium Iurisdictionis Saecularis in Landsasios Praefules saepe fatos caeterasque Fundationes pias Ecclesiastico-Politicis consecuti uidentur, vt in Regula Praestationibus Publicis Civilibus subiaceant, licet rursus in Hypothesi multifaria Exceptio reperiatur; quam certum enim est, Bona in primis Dotalia Ecclesiarum, siue Fundum Primætiuum, quam diu saltem quoad Dominium Vitale in manus Saeculares non alienatur, plerumque possessionem immunitatis ab Exactionibus Publicis pro se tenere, tam grauis Controuersia ex aduerso inter SACERDOTIVM, et IMPERIVM quandoque oritur: An et reliqua Bona Fundationum Ecclesiastico-Politicarum, praepremis ex Capite Feloniae, Aperturae, aut alia ratione Domino directo consolidata Collectis Ordinariis, et extraordinariis, Teloniis, et Vectigalibus, Gabellis, atque Accisis, Iuri Detractus, **der Abschoss, oder Nachsteuer**, similibusue Praestationibus Publicis obnoxia sint? Canones, et Leges notorie rursus in diuersa abeunt. Mihi uero a Decisione Casuum Hypotheticorum tam ob horum Varietatem, quam ob angustiam paginarum abstrahendum est.

§. XXXII.

Illud tamen asserere non reformido, FAMOSAM LEGEM AMORTIZATIONIS, siue prohibitoriam, ne Bona Immobilia a Saecularibus in manus Ecclesiasticas alienentur, aduersus Clericatum Landsasium effectu suo, siquo etiam alias gaudet, omnino destitui, saltem quousque ille Obligationibus sibi qua simul Cui Reipublicae incumbuntibus satisfacere paratus est; cum enim sic quoad onerosa se praestet Reipublicae, profecto Commoda, siue Modi acquirendi Facultates Temporales, utpote *Omni Iure* adprobati, ac cuius etiam priuato Cui communes ei-

dem non poterunt denegari. Quid de caetero forte *Vi Represaliarum* (liceat vti Verbo) permiffum fit, uel fecus, fi quoad *Praestationes Ciuiles Clerus mentionis* deficiat, ftatuant fibi, qui in huius rei Argumentis Pragmaticis uerfantur.

§. XXXIII.

Supereft, vt de *Clericatu fimplici* (qualis qui fit, ex praemiffis facile colligitur) quaedam in medium proferam, et praecipue *quid Iuris in eiusdem Personas et Bona Superiori Politico competat, uel non?* Ac primo quidem fatis expeditum uidetur, urgente *extrema Reipublicae Necessitate* Rectorem Ciuitatis *Potestate*, non quidem *proprii Imperii*, fed *Defenfionis Naturalis* quoad quaestionem propositam gaudere; siquidem *Ius Naturale*, ad cuius praefcriptum *cuilibet Priuato*, adeoque et *Reipublicae aduersus imminetentem, et aliter ineuitabilem Necessitatem Iure defenfionis* vti licet, *media indifpenfabilia* in ordine ad hunc finem confequendum *inter prohibita* non collocat, cum in praefentiffimo huiusmodi periculo *quaelibet fit honesta ratio* expediendae falutis. Atque hinc praeter exempla, quae multifaria ab Historia nobis in hisce fuppeditantur, *Bona, Clericatus in Casu extremae Necessitatis Reipublicae collectabilia* esse, difertiffime docent tot *RECESSVS IMPERII*, praecipue *de Annis 1495. Tit. 9. 1512. §. 28. Item vier Mendicanten Orden 2c. 1542. §. 51. und nehmlich 2c. §. 61. und zu diesem 2c. fqq.*, quibus fingulis locis *Collecta* ad propulfandam *Tyrannidem Turcicam* (intelligendo sub hac et *alias* hisce fimiles *extremarum Necessitatum obuentiones*) a Caefare, et Statibus *etiam in Clerum* decernitur; Et quanquam *d. R. I. de An. 1542, §. und damit 64. de Sedis Apostolicae Confensu* mentionem iniiciat, is tamen de *Casu*, vbi *periculum non adeo propinquum* exiftit, exaudiendus uidetur. Verum sicut *extremae Necessitatis Determinatio*, et innixa eidem *fuo modo Defensio Naturalis* in puncto *Mathematico* non confiftit, fed *latitudinem suam a diuerfis rerum, Temporumque Circumstantiis* fortitur, ita etiam in praefenti Hypothefi facillime *Conflictus* suboriri poterit, *Ecclesia Immunitatem suam* laedi asferente, *Euolu. C. 7. de Immunit. Ecclesiar.*, *Reipublica* ex aduerso *Titulum Defenfionis Naturalis* praetexente.

§. XXXIV.

At uero in *Via Ordinaria*, et quidem quod ad *Personas Clericorum* attinet, illi in negotiis tam *Ecclesiasticis*, quam *obiectiue Temporalibus* solum

folium Forum Ecclesiae merito recognoscunt, idque tam in Ciuilibus, quam Criminalibus Causis; vbi tamen limitatio notanda, quod in his posterioribus nempe Criminalibus Iudex Saecularis ministerialiter tunc manus apponat, quando Clericus in-vel post delictum deprehensum Curiae Ecclesiasticae sistendus est, uel de poena Temporalis Clerico sollemniter degradato infligenda executiue agitur. Ratio rei aperta est, quia extra Casus modo exceptos solidum Imperio Saeculari principium desideratur, vnde Iurisdictionem suam in Clericum fundare ualeat.

§. XXXV.

Ratione possessionum, et bonorum Temporalium Cleri quaestionis, et quousque ea Iurisdictioni Saeculari subordinata sint, res pendere uidentur a Dubio praeiudiciali: vtrum Bona Temporalia quaecumque in substantia intrinsece, et immobiliter fini affecta Superiori Politico, adeoque, penes quemcunque denuum Possesorem existant hac qualitate reali uelut perenni Comite maneant instructa? An uero potius in se, et ratione Vfus sui Temporalis, utramque Rempublicam et Ecclesiasticam et Ciuilem indifferenter respiciant, determinanda modo ad Imperium, et Dominium altum vnius, alteriusue a qualitate Possessoris, qui uel Ciuis Ecclesiae, uel Saecularis Reipublicae sit? Posterius denuo a Canonistis, prius uero in effectu saltem, licet non in Terminis his ipsis expressis, a Politicis propugnari deprehendo.

§. XXXVI.

Inter reliqua Argumenta hoc potissimum vrgent Politici: nimirum, cui Reipublicae Bona Temporalia proprie, et perpetua Lege addicta sint, dispiciendum esse Fine Conditoris eorundem; hoc pacto autem Ciuitati propriam Curam esse rerum Temporalium, cum ex aduerso Potestas Clauium, siue Hierarchia Ecclesiastica, ad quam Clerus etiam inferior reductiue pertineat, non obiecta, aut negotia huius generis, nisi quousque Causa Publica Ecclesiae id hic et nunc exigit, sed Sphaeram tantum Spiritualem, eoque influentes Sacrorum functiones ordinarie respiciat.

Verum accuratiores Iuris Ecclesiastici interpretes reponunt, curari quidem Temporalia proximius a Republica Ciuili, aequae tamen certum esse, quod Ecclesia tam parum ad finem suum sine intermedio Bonorum Temporalium subsidio peruenire queat, quam parum Respublica Saecularis, deficiente hoc rerum gerendarum Neruo, metam suam assequitur; ut adeo prono inde alueo fluat, Bona Temporalia, cum media indispensabiliter necessaria in ordine ad utrumque finem, tam Spiritualem, quam Temporalis

tem suppeditent, de se omnimodam indifferentiam habere, vtrum Superioritati Ecclesiasticae, an Politicae substant, sic quidem, ut huic posteriori diutius affecta censerent non possint, quam a Ciuibus possidentur, consequenter a primo alienationis in Clerum factae momento metamorphosin subeant, eo quod Respublica Ciuilis DOMINIVM EMINENS in Bona exerceat dependenter a Dominio, et Possessione priuata subditorum; hoc igitur resoluto et alterum resolui necesse esse.

§. XXXVII.

A Thesi ad Hypothesin descendunt Canonistae, concludendo ex praedictis, Bona Temporalia, quam primum in manus Cleri deuenerint, nullis ex actionibus Ciuilibus amplius subiaccere, nisi ipsi Canones a Regula subinde exceptionem faciant, quippe quorum praescripto Clerus

I.) Onera realia prius consueta e Bonis nouiter adquisitis etiam deinceps Reipublicae soluit;

II.) E rebus lucri, et negotiationis gratia sibi comparandis Vectigalia, similesque exactiones praestat. Addunt Plurimi DD.

III.) Actiones in re reales, in quibus Iurisdictionem Iudicis Saecularis pariter fundatam esse operose adstruunt. De caetero ex his ipsis rationibus sic dictam Amortizationis Legem apertae iniquitatis damnant.

§. XXXVIII.

Ast rursus Argumenta Vtriusque Patris in medio relinquo, praecipuis autem illud punctum maximae indaginis: An dicta Lex Amortizationis Bona Ciuium Temporalia realiter afficere possit, et hoc quidem modo, ut alienatio contra eam attentata ipso Iure sit nulla, et Superiori Ciuili facultas competat, rem alienam directe, uel indirecte e manibus Cleri Reipublicae reuindicandi? ex aduerso autem neque illud decidere ausim, quod asserunt Canonistae, saepe memoratam Legem nec personaliter Ciues obligare posse, ut ne Bona in Clerum distrahant, cum sic saltem per indirectum Ecclesiae adimatur liberum, et indifferentem rerum Temporalium Commercium omni Iure sibi debitum.

Num porro in Casu extraordinario, quo alienationes mentionis nimis excessiuae, et frequenter fient, ideoque Salus Reipublicae ex defectu neruū extreme periclitabitur, Rectores Politiae Vi Defensionis Naturalis subditis suis easdem etiam sub graui poena inhibere possint, et in Thesi forsitan desuper rationabiliter inuita non sit Ecclesia, cum sic ex vna parte, licet forte per indirectum vna alteraue Ecclesia particularis decrementum sentiat, Flos, et Status eiusdem Vniuersalis satis adhuc in saluo perdet,

ret, ex altera autem Ecclesiae totius interfit, Rempublicam tanquam Protectorium eiusdem Brachium conseruari? id pariter in medio relinquitur, praesertim cum dato casu facillimum sit futurum, Sacerdotium, et Imperium etiam in hoc puncto *disensionibus* inuolui.

§. XXXIX.

Deuenio postremo ad *Loca Ecclesiastica*, ad quae rei *Criminum non exceptorum* ut plurimum confugere, seque *pœnae Temporali* subducere solent. Vnde denuo inter *Ecclesiam*, et *Rempublicam* non raro lites enascuntur, dum Politicorum complures statuunt, *Afyllia hac Ecclesiastica administrationi Iustitiae Bono Publico adeo Necesariae*, et *Salutari impedimentum* poni; Ecclesia contra in casibus, vbi *extraditio reorum uolentius* vrgetur, aut hi plane e *Locis Sacris* extrahuntur, in *Violatores Immunitatis Ecclesiasticae localis* seuerè animaduertit. Dantur equidem *delicta* quaedam *grauiora*, alias *excepta dicta* (de quibus, et summatim in praesenti huius §. materia consulantur *Canonistae ad Tit. Decret. de Immunit. Ecclesiar.*.) atque his etiam ab *ipsis Summis Pontificibus*, praesertim GREGORIO XIV., et BENEDICTO XIII. *Ius Afylliae* denegatur. Quoad *delicta* autem *ordinaria*, quatenus *poenam capitalem* irrogant, *politici* iidem suis insistendo principiis arbitrantur, reos male ab Ecclesia recipi, aut occultari, ideoque *licite e locis sacris extrahi*, etiam *Vi in subsidium adhibita*. Verum *Doctrina Canonica* penes *Catholicos obseruantia regulariter Vniuersali* inualuit, et pro eadem etiam ratio *intrinseca* rei militare uidetur, ac in tantum quidem vt, non modo *loca Ecclesiastica* ab omni *insestione* in casu actu iam occultatorum delinquentium *immunia sint*, sed his ad se *confugientibus portas etiam aperire* queant; nam quod ad

Primum membrum attinet, *Templum, Monasteria*, et *reliqua loca Ecclesiastica accessorie* respiciunt *Solam Rempublicam Ecclesiasticam*, constituta idcirco, vt ita loquar, *extra Territorium Iudicis Saecularis*, vt itaque *attemptato inibi actu Iurisdictionis profanae* necessario *Spiritualis* uioletur.

Quoad Secundum Ecclesia qua talis *Mansuetudinem*, et *Charitatem* ex *sine Institutionis suae*, prout *Respublica Ciuilis Iustitiam*, *Principaliter* colit, et exercet; sicut igitur eidem Reipublicae ad consequendum finem suum *omnia media Iure concessa* censentur, ita pariter Ecclesia ad frequentandos, eoque citius expediendos *Charitatis actus*, quibus *Conserua-*

tio Vitae Proximi utique primo loco accensenda est, quaelibet adminicula non potest non in promptu habere.

CAPVT II.

DE

Iure Principis Catholici circa Sacra Catholica, siue de Advocatia Ecclesiastica.

§. I.

Qvae haecenus de Sphaera Ecclesiastici Imperii, et de Collisione eiusdem cum Republica Ciuili dicta sunt, ea omnino pro meliori intellectu subsequendum praemittenda fuere. Iam propius ad scopum accedo, examinaturus primo

ADVOCATIAM ECCLESIASTICAM, quam ante omnia recte sic describi Iudico, quod sit *Obligatio Imperio Saeculari indiuisim cohaerens, Virtute subsidiaria tuendi Statum, et Systema Ecclesiae, ubi, et quando haec ipsa Iure suo, et Ordinario se tueri, ac defendere nequit.* Descendit dicta obligatio e duplici fonte, ex Officio nempe Regio, et Lege Diuina. Ratio primi est, quod Religio, ac superstructus ei Status Ecclesiasticus Saletem Temporalem quam maxime promoueat, ac idcirco ex praxi, vsuque Gentium saltem moratiorum pro Vinculo fortissimo Ciues intra Officiorum suorum limites continendi habeatur, rectissime proinde inter partes Substantiales Officii Regii, siue Rationis Status Christianae referenda.

§. II.

Quod etiam ex Iure Diuino immediate profiscatur memorata Advocatia, eoque respectu cum ipsius Ecclesiae fundamentali Institutione communem Originem habeat, sequens Principium euincere uidetur: nimirum praeter alios fines condita Ecclesia est, vt *conseruetur*; quamuis uero tanquam certum de Fide supponam, eandem vsque ad Consummationem Saeculi duraturam, et eatenus infallibili promissione ASSISTENTIAE DIVINAE munitam esse, minime tamen promissio illa eo trahenda est, quasi eidem soli ac vnice confidere, omniaque Conseruationis huiusce naturalia remedia respuere oporteat; hoc pacto enim IPSE CONDITOR LEGIS NOVAE ansam tentandi DOMINVM DEVM Ecclesiae suae reliquisset, id quod sine aperta Blasphemia proferri nequit. Potius igitur statuendum est, AVCTOREM Legis nouae in

prima

prima Ecclesiae suae fundatione huic Fundamentalem Obligationem indidisse, vt sibi, praeprimis quoad procurandum maius semper *Augmentum*, et *Florem*, de *subsidiis* etiam *naturalibus* prospiciat; quam *Circumspectionem Ecclesiae* nullo non tempore curae, cordique fuisse, indubitata *Historiarum* fides abunde testatur.

Iam vero *Possessio Bonorum*, et *Virium Temporalium* *proprium* pro omni Tempore adeo sufficiens non est, consequenter *Ecclesia* forti *Brachio extraneo Principum Christianorum* per saepe indiget; ut proin legitime subsumere liceat: sicut *Conseruatio*, ac *Dilatatio Ecclesiae* *Ens immediatum Iuris Diuini* existit, ita eiusdem qualitatis esse *Advocatiam*, vt pote quae ad *hunc finem in certis rerum contingentiis* *indispensabiliter* requiritur; *Finis* enim, et *media* in eundem *fontem* redundant.

§. III.

Ex quo porro eruitur, *Advocatiam* quaestionis, cum principalissime *merum onus Obligationis* inuoluat, in *actuali sui exercitio* potissima ex parte dependere ab *ipso arbitrio Ecclesiae*, cuius *Iudicio*, atque *Circumspectioni accuratior Circumstantiarum* *Trutina* competit, an in *hoc*, uel *isto casu* *necessaria* sit *defensio* a *Politico Imperio* *requirenda*; cum *protegendus*, *defendendus*, atque *adiuuandus status*, *factique sui regulas* *oculo limatiori* ipsemet perspicere, atque *ponderare* noscatur. Vnde etiam quoad *applicationem* huius muneris sui a *Lege Diuina* idem *Imperium Politicum* crebrius admonetur, vt omnes scilicet *Vires*, atque *neruos* pro *conseruanda Ecclesiae incolumitate reali* cum *effectu* impendat.

§. IV.

Consequitur vterius, *Advocatiam* tam *Vi Obligationis respectu Ecclesiae* incumbere, quam etiam *respectu aliorum Titulo Iuris* (est enim in classe *Iurium mixtorum*) competere cuilibet superiori *Politico Maestate* uel *Vera*, uel *Analogia*, siue *Superioritate Territoriali* instructo; adeoque se diffundit ad *omnes Ecclesias* in *cujusque Territorio Ciuili* constitutas, earumque *integram Conseruationem*, *Protectionem*, et *Status imminuti Restorationem*.

Reipublicae tamen Romano-Germanicae **AVGVSTISSIMO CAPITI** *Protectio ECCLESIAE VNIVERSALIS* *relatiue ad alios Imperantes Christianos* *eminenter* competens, et *propria* est, de quo *ipso intuitu Dignitatis*, et *Proedriae* eo minus ambigere licet, quo certiora documenta *suppeditant Antiquae Expeditiones Armatae Christianorum in Terram*

quas Historiae *Cruciatas*, die *Creuzzüge*, appellant, in quibus *Cura praecipua* ad *Imperatores Romano-Germanicos* nunquam non spectare uisa est. Vnde et Imperatores Nostri *DVCES NATI Populi Christiani* Iure, meritoque dicuntur. Itaque *PIVS II. SVMMVS PONTIFEX*, cum bellum in *Turcas*, ad recuperandam *Constantinopolin*, moliretur, *FRI-
DERICO IMPERATORI Mantua d. 20. Ianuar. Ann. 1460.* scribit, ad ipsum ex *Iure Imperii* pertinere, vt toti Exercitui Christiano praesit. *DE DVCE*, inquit, *AD TANTVM BELLVM COGITAN-
TIBVS, TV NOBIS OCCVRRISTI, CVM TANTVM MVNVS
EX OFFICIO IMPERIALI DEBITVM CENSEATVR, CVI OM-
NES GENTES PARERE, ET SVBESSE NON DEDIGNEN-
TVR* etc.

§. V.

Quoad Potestatem ipsam *Aduocatae Ecclesiasticae Vniuersalis* major *Difficultas* eatenus subesse uidebitur, cum *Majestas*, et *Aduocatio* sint *inseparabiles qualitates vnus, eiusdemque subiecti, et eiusdem plane rationis.* Sicut igitur *Orbis Catholici Imperantes* reliqui in *Ordine Potestatis realis Imperii Maestatici* se *Imperatori Romano-Germanico* Iure pares reputant, ita merito idem compluribus adstruendum uidetur de *Advocacia*; cum praecipue hanc ex *Iure Diuino* immediate descendere aferuerim.

Verum *pars prima* Argumenti *Thelin* praesentem plane non ferit, cum plus non inferat, quam quod cuilibet Principi Christiano erga *Ecclesias in Saeculari constitutas aequali Potestatis Iure*, et modo *Advocacia* competat, in praesenti uero *Obiectum meum* est *ECCELESIA VNI-
VERSALIS*, et praecipue *SEDES APOSTOLICA*, quae notorie nullius Principis, aut Reipublicae *Terminis Civilibus* conclusa est, sed praeter *Potestatem Clauium Statum Politicum Regibus* parem se ipsa efformat.

Pars altera dubii itidem rem non conficit, cum id duntaxat euincat, *Aduocati*am ratione *suae functionis obiectiuae*, et in quantum *realiter in Bonum Ecclesiae* exerceri debet, a *Lege Diuina* simul dependere, et hactenus *aequali ratione* cunctis Superioribus Christianis attribuendam esse, in quo me repugnantem non habes.

§. VI.

Imo uero et si ipsius quoque *Subiecti Actiui*, *ECCLESIAE VNI-
VERSA-*

VERSALIS, SEDISQVE ROMANÆ perpetua Lege Protectorii qualitas, veluti intra ambitum integram Aduocatiæ pertinens, in fontem primigenium Iuris Diuini quandantenus redundet, id tamen impedimento esse nequit, quin proxima, particularis, et actualis determinatio memorati subiecti Iudicio, et Electioni Ecclesiae ipsius, aut potius eiusdem SUPREMI CAPITIS Iure optimo tribuatur. Sicutj enim huic exinde, quod fundamentale Ecclesiae Systema a Legislatione Diuina profluat, Potestas fideles vltra expressa Sancita EVANGELII modo, quo optimo uidebitur, proxime, et exterius uisibiliter, gubernandi nequaquam adempta est, sed potius ex eodem ipso Verbi Diuini eloquio competit. Conf. Cap. I. Sect. I. §. 8. fqq. Ita profecto etiam eidem Facultati Directori subiectum erit, sibi ex Principibus Orbis Christiani quendam pro Protectore seligere, quem pensatis Circumstantiis e Resua fore prudenter opinabitur. Adeoque eiusdem Curæ, Iussui, atque placito determinatio actualis subiecti protectiui non potest non subiacere.

§. VII.

Hiscetaque praeliminari quadam notione deductis superest, vt praerogatiua hæc IMPERIO ROMANO-GERMANICO prius asserita vterioribus argumentis stabiliat. Quæ inter principem locum facile obtinet IPSVM NOMEN IMPERATORIVM in Persona CAROLI MAGNI resuscitatum, uel si hunc neges Germanum, quod paradoxum ex Originatione uidetur, in praesenti uero perinde est, saltem iam inde ab OTTONE MAGNO, siue I. ad Germanos obseruantia in hunc usque diem perpetuata propagatum. Abstraham equidem, an Summi Pontifices creando Imperatores quæ tales sua peregerint Iure proprio, an potius Vice Populi Romani; pariter suo loco mihi esto, an coronati a Sede Apostolica Imperatores Imperium supremum in Urbem Romam, eiusque ditiones originarie consecuti fuerint; cum hodie similia inter Speculationes mere Historicæ notorie referantur, id quod ipsos A. C. DD. sibi alias in hisce Criteriis mirifice blandientes passim confiteri oportet. Quin etiam omni fundamento destituitur asseritum aliquorum, Characterem Imperatorum Titulo Belli Germaniæ Regno illatum fuisse, falsitatem enim Circumstantiæ rei demonstrant, siquidem praedictorum Imperatorum Neuter ad Sedem Romanam debellandam, sed Vterque ad eam defendendam Italiam petiit; vnde eo ipso Titulus acquisitiuus Armorum euanescit. Sane cum e contrario obuia Historiarum Fides luculenter edoceat, saepe memoratam Dignitatem.

tem *Caesaream solo facto primigenio LEONIS III., aut IOANNIS XII., siue CAROLVM, siue OTTONEM M. Primum ex Germanis eiusdem Adquirentem dixeris, Nationi Teutonicae non alium in finem accreuisse, quam vt, testantibus id rursus Annalibus Synchronis, Ecclesiam, eiusque Iura in perpetuum defenderent; profecto absque altiori indagine colligere proum est, Dignitatem Caesaream, et Aduocatiam Ecclesiae Vniuersalis per modum mutui Commodi, et Oneris tanquam duas partes Nominis Imperatorii integraliter constitutiuas ad Imperatores Germanicos perenni Lege abiisse, et sub hac vtrunque qualitate, quin a quocunque alio Augustissima haec proëdria adimi queat, ex Causa radicata antiquissimae Possessionis perdurare hodieum.*

§. VIII.

Munus Aduocatae Ecclesiasticae summam in duo Obiecta se diffundit, eoque collineat,

I. Vt CAPVT Ecclesiae, totumque huius Statum Hierarchicum quoad Personas, Iura, et Possessiones Temporales aduersus inimicos tam inquam externos efficaciter manuteneat, ac praecipue

II. Et Dogmata Fidei (saluis Imperii Legibus Protectioni huic non aduersantibus, de quibus infra) et Decreta morum, caeterasque Constitutiones ab Ecclesia intra Sphaeram propriam conditas ad Executionis finem perducant. Mere itaque Subsidiarium, Executoriale Munus, merumque Ministerium Aduocata Ecclesiastica est, ita quidem, vt sub hoc praetextu Maiestas uel Vera, uel Analogica aliquid circa Limites Regiminis Ecclesiastici internos disponendi Potestatem, ordinarie saltem, sibi sumere nequaquam possit. Vnde substantialis habitudo saepius laudatae Aduocatae Ecclesiasticae Superiorum Temporalium clarissime elucescit, ita comparatae, vt intrinsece nec partem Maiestatis Politicae, nec Potestatis Clauium constituat, sed Ens quoddam medium existat, Imperio Politico ratione eiusdem subiecti obligati indiuisibiliter cohaerens, et cum Spirituali Potestate ad idem Obiectum commune, Conseruationem nimirum Ecclesiae, tendens.

§. IX.

Reuocamus huc pariter Casus plane extraordinarios, quando Regimen Ecclesiae uel in Statu perfecte formato nondum existit, uel, quo minus Vim dispositiuam externam exserere ualeat, per accidens impeditur; ubi ex ipsius consensu Vices eiusdem a Maiestate Ciuili ex ipsissimo Aduocatae fonte recte circa nonnullos effectus supplentur, modo, quod primarii requi-

requisiti loco supponere oportet, rite obseruentur ea, quae inspectis morali diligentia, et cautione omnibus Circumstantiis ere Ecclesiae manifesto esse uidebuntur. *Fundamentum* aserti non opus est e longinquo petere; sicut enim ex una parte in huiusmodi contingentiis quoad ipsam realitatem conseruatur, saluatur, et defenditur Status Ecclesiae, ita ex altera etiam Potestati Ordinariae Clauium, cuius annutu, et consensu similia peraguntur, nihil omnino decedit; cum, quidquid Maieftas in Casibus quaestionis effectui mandat, id omne non suo, sed Ecclesiae Nomine, et Iure contingat, duraturum tam diu, quousque Ecclesia Vim Potestatis suae directricis externae completam nacta illud uigere uoluerit; vt adeo in substantia Superior Ciuilis nudum auxilium naturale nullatenus cum Auctoritate coniunctum praestet. Quocirca Aduocatia abit in ordinariam, et extraordinariam, vt duas Species eatenus inter se distinctas, quod prior Systema Ecclesiae internum nulla ratione ingrediatur, altera uero circa illud cum eiusdem annutu quidem disponat, sed, paraenesi iterum, iterumque repetita si uti liceat, nomine, et modo mere Ministeriali.

§. X.

Ex deductis facillime Iudicium formaueris de illis Negotiis Ecclesiasticis, quae ab Imperatoribus Carolingicis aequae, ac Germanicis aliis per saepe olim peracta circumferuntur. *Fufisfiman Hypotypofin* texit PFEFFINGER. ad VITRIAR. L. 3. Tit. 2. §. 8. a pag. 5. usque ad pag. 88. Verum allegata ibidem facta, ac gesta Caesarum, Regumque Christianorum uel aperte inuoluunt illicitam Usurpationem Potestatis Clauium, ue in complexu suo reali plura pertinent ad functionem Protectionis Ordinariae Ecclesiasticae, uel demum profluxere ab exercitio Aduocatae Extraordinariae, et Prouisionalis modo supra descripto; atque hoc ultimum crebrius contigit. Certe exaggerata ab eodem PFEFFINGERO Exempla, supposita interim eorundem plena Veritate facti, cum haec punctum praesens proprie non concernat, enata fuere ut plurimum eo tempore, ubi Ecclesia Turbis Domesticis distenta, aut circa Statum Dogmaticum Orthodoxae Religionis aduersus diuersissimi generis HAERESIARCHAS permuniendum occupata erat; quin interea curas ita impense conuertere posset ad stabiliendum suum Regimen externum. Id quod tamen inde a Saeculis XII. et XIII. perfectius in opus redigere coepit, vt adeo ab isto tempore rariora, imo rarissima in hisce Exempla occurrant.

§. XI,

§. XI.

Sicut Species *extraordinariae Aduocatae* §. praecedenti uentilata *Vires suas ad Tuitionem Ecclesiae serio applicauit*, sic datur altera, quae *in defectu delinquere tibi prima fronte uidebitur*; quam tamen *notam* per saepe non meretur. In cuius rei *Hermeneoticam Dilucidationem* materiam *Pacificationum Germanicarum circa Religionem* vberius in praesenti excutere operae pretium erit. Itaque Imperatores Romano-Germanici cum confoederatis Ordinibus Catholicis, permittendo, *rem Catholicam e florentissimo, et integrali suo Systemate Germanico praesentem Conditionem tantopere a priori heterogeneam Vi Pactorum Publicorum* subire, meo Iudicio eo minus de *neglectu Aduocatae Ecclesiasticae* sibi incumbentis arguendi sunt, cum non *Sponte sua, sed dira Necesitate impellente, et admotis quasi toties de pasfu ad pasfum arietibus* ad nominatas Conuentiones accesserint. Rem *Series Historico-Chronologica RECESSVM, et LEGVM IMPERIALIVM* apertissime oculis subiicit.

§. XII.

I.) *Celeberrimo EDICTO Wormatae Anno 1521. promulgato emergenti Nouitati circa rem Religionis* protinus exterminium constitutum fuit.

II. Anno 1526., cum FERDINANDO I., exigente ita ratione Temporis, periculosum uideretur, memoratum *Edictum* exequi, rem totam *Conscientiae Sociorum noui Cultus* reliquit, iudicans haud dubie, *inapplicabili existente Vi coactiua externa, eosdem saltem Vinculo interno adstrictum* iri ad praefati Edicti *Obsruantiam*; Vid. R. I. d. A. §. 4. *Demnch haben Wir ic.*

III.) Anno 1529. *Periculosissimae Nouationes in Fide* adeo quotidie succreuerant, vt *iis omnibus euellendis impossibilitas ipsa* iam tunc obstaret; hinc saltem in R. I. *eiisd. Anni §. und nachdem ic. seqq. seuera* occurrit *Nomothesia*, Vi cuius *districte prohibentur Nouationes Altaris Sacramento, Misaeque Sacrificio aduersantes*, et ne in posterum aliae introducantur *follicite cauetur*. Vterius

IV.) Anno 1544. *Protestantes, ampliata ad se Pace Publica, respectu Constatuum in Exercitio suo tuti redditi fuerunt, teste R. I. d. A. §. 83. doch solle kein Stand ic. Decreta* autem Imperii, et *Mandata Caesaris pro abolenda noua Confessione lata* (inter quae potissimum saepe fatum *Edictum Wormatiense, vt et Procesus in Camera Imperiali aduersus eandem pendentes*) praecise *in suspensio manere iussa sunt, cit. R. §. 92. so viel das*

das Recht belangt ꝛ. et §. 44. so soll auch ꝛ. Adeoque *Exercitium liberum*, profluentemque inde Protectionem Imperii Specialem, et ultra simplices Pacis Publicae profanae Terminos aliquid operantem eo tempore *Confessio Augustana* necdum obtinuit, quae tamen ipsa

§. XIII.

V.) Anno 1552. successit; Vid. TRANSACT. PASSAV. §. 8. und mittler Zeit ꝛ. et §. was alsdann ꝛ. Neque sic contenti *Status Protestantes*, Cultui suo PALLADIVM PROTECTIONIS PVBLICAE IMPERIALIS circumposuisse, in iisdem Tractatibus ad Iura Publica, et Politica Imperii *Solis Catholicis propria* adspirare coeperunt, Votique sui omnium primo, intuitu Assessoratum Cameralium, compotes facti fuerunt, id quod ex eadem TRANSACT. PASSAV. §. 11. so viel aber ꝛ. §. 12. es haben auch ꝛ. palam est. Poterant nempe Catholici in hoc eo magis condescendere, quod *Functio Assessoralis* Camerae de se esset *res mere indifferens*, et *politica*, qua communicata de rebus, et fortunis suis adeo immediate non agebatur. Verum

§. XIV.

VI.) Anno 1555. de Corio Catholicorum propius ludi coepit, dum A. C. non modo pleniori forma in *Exercitio suo tolerata*, sed etiam ex Bonis Antiquissimis Ecclesiarum Catholicarum ditata fuit, hoc interueniente Pacto, vt *Bona Ecclesiastica MEDIATA*, in quorum possessione actuali Catholici nec Tempore Conuentionis Passauiensis, nec intermedio vsque ad PACEM RELIGIOSAM fuere, A. C. additis in posterum relinquenterentur, docente id eadem *Pace Religiosa* §. 6. ibi: „Dieweil aber „etliche Stände, und derselben Vorfahren etliche Stift, Clöster, und andere „Geistliche Güter eingezogen, und dieselbe zu Kirchen, Schulen, milden, und „anderen Sachen angewendet, so sollen auch solche eingezogene Güter, welche „denjenigen, so dem Reich ohne Mittel unterworfen, und Reichs Stände „seynd, nicht zugehörig, und deren Possession die Geistlichen zur Zeit des „Passauiischen Vertrags, oder seit, so nicht gehabt, in diesem Friedens „Stand mit begriffen, und eingezogen seyn, und bey der Berordnung, „wie es ein jeder Stand mit obberührten, und allbereit verwendeten Gütern „gemacht, gelassen werden, und dieselbe Stände in noch außserhalb Reichs „tens, zu Erhaltung eines beständigen ewigen Friedens, nicht besprochen, „noch angefochten werden ꝛ.

F

§. XV.

§. XV.

VII.) Anno denique 1648. VI PACIFICATIONIS OSNABRV-
GENSIS Art. VII. pares reddebantur quoad omnes fauores publicos sic
dicti Reformati A. C. Confortibus; qui noua hac Compagne confociati
fere ad apicem nouorum Iurium, et Praerogatiuarum contendebant, eo
quidem effectu, quem eiusdem Pacis Art. V. prolixè repraesentat. Sic
ipsis

I.) Tenore d. Art. §. I. *Transactio* etc. plenum religionis exerci-
tium extantiori adhuc formula permiffum, et circa finem eiusdem §. inter
Status vtriusque Religionis quoad Negotia publica Aequalitas exacta mu-
tuaque stabilita est; id quod et ratione fubditorum vtriusque Religio-
nis, rerumque, ac Iurium priuatorum inculcat §. 35. *sive autem Catho-
lici* etc.; sed de genuino horum §§. sensu per decursum plura occurrent.
Inde

II.) Amplificata est dispositio ad ea, quae *Punctum Religionis*, ac
Systema Ecclesiastico-Catholicum non externo duntaxat modo, effectu
Ciuium, et Politicorum adinstar, sed vere intrinsece tanquam partes
ingrediuntur; vt adeo ratione Ecclesiae Germanico-Catholicae quoad
Antiquissimae Possessionis Statuum Heterogenea omnino Facies inducta
fuerit.

§. XVI.

Et duplici quidem modo facta est Imminutio haec, scilicet vel
suspendendo, ac pro praesenti inefficacia reddendo Iura Catholica, vel
eadem A. C. additis attribuendo. Prius euidenter probant Casus sequen-
tes, siquidem

I.) Iura Mensium Papalium, Pallii, Confirmationum Episcopali-
um, et huiusmodi in Bonis Statuum A. C. Ecclesiasticis imme-
diatis respectu Summi Pontificis ab effectu actuali suspensa sunt; Vid. idem
Artic. V. §. 19. *Si quid Annatarum* etc.

II.) Iurisdictio Catholico-Ecclesiastica antea VI PACIS RELIGIO-
SÆ §. secundum Editionem Schmausianam 20. damit auch obberührte re-
tantummodo in iis, quae A. C. Cultum qua talem tanquam *necessariae par-
tes* constituunt, in verbis: „so soll die Geistliche Jurisdiction - - -
„wider die Augspurgische Confession, Religion, Glauben, Bestel-
„lung der Ministerien, Kirchen Gebräuchen, Ordnung und Cere-
„monien,

„monien) - - - nicht exercirt, gebraucht, oder geübt werden u. c. /
 Vires actu exferere prohibita, modo dictante §. 48. in integra spbaera
 sua aduersus A. C. Status, eorumque subditos suspenfa esse iubetur, ibi:
 „IVS DIOECESANVM, et TOTA IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA
 „CVM OMNIBVS SVIS SPECIEBVS contra Augustanae Confessionis
 „Electores, Principes, Status, comprehensa libera Imperii Nobilitate,
 „eorumque subditos, tam inter Catholicos, et Augustanae Confessionis
 „addictos, quam inter ipsos solos Augustanae Confessionis Status VS-
 „QVE AD COMPOSITIONEM CHRISTIANAM DISSIDII RELIGIO-
 „NIS SVSPENSA esto, et INTRA TERMINOS TERRITORII CVIVS-
 „QVE Ius Dioecesanum, et Iurisdictio Ecclesiastica se continet etc.
 Quod autem

§. XVII.

III.) Concernit *positiuam acquisitionem e' fortunis Catholicorum*, ea
 continet Ecclesiarum, variarumque Foundationum piarum Bona, Reditus,
 et iura temporalia. Confer. §. 2. *Terminus a quo* etc. §. 14. *Bona Eccle-*
siastica etc. §. 20. *In quorum autem* etc. §. 23. *Quot Capitulares* etc. §. 24.
Qui Archiepiscopatus etc. §. 25. *Quaecunque Monasteria* etc. §. 45. *Ra-*
tione reddituum etc. Atque haec Methodus Saeculo dandi Fundum Eccle-
 siae Catholicae *Tabulis Osnabrugensibus* ampliata longe foecundissima exi-
 stit, cum complectatur Bona, ac iura tam *im-* quam *mediata*, et quidem
 a Termino Anni 1624. vel totius, vel pro diuersitate obiectorum re-
 spiciendo eiusdem Anni diem primam Ianuarii, id quod ex allegatis §§.
 certum est; eo vsque enim simbrias suas Pacificatio Religiosa nequa-
 quam extendebat. Reuolu. huius cap. §. XIV. Quin et porro A. C.
 addicti in tractatibus Osnabrugensibus ad ipsa etiam Superioritatis Eccle-
 siastico-Catholicae, vel proxime ex hoc fonte deflua Iura eluctati
 fuere. Sic Vi eiusdem Art. V. §. 26. *Omnia quoque* etc. *Vers. quodsi*
quoque, etc. Ordinibus Protestantibus si in Bonis Ecclesiasticis mediatis
 dicto anno, dieque (nimirum prima Ianuarii 1624.) a Catholicis rea-
 liter, plene, vel ex parte possessis *Iura praesentandi, visitandi, inspe-*
tionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturae, hospitacionis, serui-
tiorum, operarum habuerunt, Iura ista facta tectaue manere debent.
 Denique vigore §. 30. *quantum deinde* etc. iisdem cautum, prouisum-
 que fuit de iure reformandi, vi cuius Catholicos subditos fatali praesi-
 dio

dio Decretorii Temporis non munitos, etiamsi propriis sumptibus velint restaurare *Exercitium Catholicum*, a Territoriis suis arcere possunt. De quaestionibus hanc materiam propius attingentibus infra pluribus tractabitur.

MANTISSA

DE

Norma Pacificationum Religiosarum.

S. I.

Ex haecenus deductis luculentissime patet, quibus gradibus A. C. additi vna cum sic dictis Reformatis ad Systema suum hodiernum pertingerint, ita, vt

I.) *Protectionem, et Securitatem Imperialem* ad instar Religionis Catholicae,

II.) *Ius Ciuitatis Germanicae* tam in Publicis, quam in priuatis,

III.) *Exemptionem* ab Imperio Ecclesiastico Catholico, et Pontificio, et Episcopali, saltem si dicti Imperii, praecipuis posterioris Actum secundum operationis certo modo respicias;

IV.) *Bona, et iura Catholicorum Ecclesiastica*, et demum

V.) *Ius ipsum reformati* sibi adquisuerint. Inde quaestio minime otiosa occurrit: Vtrum Corpus Pacificationum Religiosarum constituat REGVLAM VNICAM, et ADÆQVATAM inter Catholicos, et A. C. Consortes, eosdem ex vtraque parte plenissime parificantem, quantum ad Religionem, eiusque annexa attinet? An potius per MODVM EXCEPTIONIS se habeat?

§. II.

Prius Protestantes tenent, *posterius* Catholici affirmant, asseruntque se indubie ante subortos sic dictae Reformationis motus in plenissima, et priuatiua possessione, tam quoad *Ecclesiastica*, quam *Politica*, extitisse; licet igitur de ea Vi Tractatum Religiosorum in plurimis decedere iussi fuerint, Regulam tamen antiquissimae huius possessionis pro se adhuc militare, vbi *contraria* in saepe memoratis Pactis publicis *Dispositio* non reperitur. Roborant Thesin vltius inde, quod A. C. additi

addicti ipsimet id enixissime semper egerint, vt *Negotium Religionis*, quatenus inter eos, et Catholicos versatur, atque conuentionibus publicis liquido *decisum non est*, non ex Imperio proprie sic dicto, sed ad nuda Iuris Naturae, ac Gentium Principia componeretur; iam vero satis expeditum esse inferunt, quod inter Normas Controuersiarum decisiuas a Gentibus receptas principalissimum locum Possessio occupet.

§. III.

Contendunt porro, huic principio Fundamentali *sine efficacia* opponi Rationem ab Aequalitate mutua vtriusque Religionis Statuum desumptam; etsi enim ea non tantum in *Negotiis priuatis subditorum*, sed etiam in publicis, si quae hinc inde pro futuro determinanda enascantur, rite applicentur. cit. Art. V. §. I. *Transactio* etc. §. 35. *sive autem Catholici* etc. Quod posterius Exempla varia comprobant, siquidem I. P. O. cod. Art. §. 51. specialem Sanctionem continet, Vi cuius

I.) In Conuentibus Deputatorum Imperii Ordinariis numerus ex vtriusque Religionis Proceribus aequandus, et, vbi extraordinariis Commissionibus Negotia in Imperio expedienda occurrunt, *hies inter Catholicos*, et *A. C. Status* versatur, vtriusque Religionis pari numero Commissarii denominandi, et ordinandi sunt. Quin in CAPITVL. NOVISSIM. Art. XVIII. §. 5. ea de re *Cautela amplior* adiecta in verbis: „Dabey auch, wann die Sachen beyderley Religions-Verwandten betreffen, in Ernennung der Commissarien, so viel möglich, auf eine Gleichheit sehen, hingegen keinen, der ein eigenes Interesse dabey hat, darzu verordnen, inmassen sonst dergleichen Commissiones von keiner Kraft seyn sollen. Praeterea

II.) *Idem Pactum Capitulare AVGVSTISSIMI NOSTRI Art. 17. §. 3.* vltterius argumentum suppeditat, ibi: „Dergleichen Reichs-Krieg, sodann nach Inhalt der Reichs-Constitutionen, der Executions-Ordnung, und Instrumenti Pacis geführet, auch die von Uns, und dem Reich in gleicher Anzahl beyder Religionen zu bestellende Generalität, samt denen ebenfals in gleicher Anzahl von beyden Religionen zu ernennenden Kriegs-Raths-Directorn, und Räten sowohl, als das ganze Kriegs-Heer in Unsere, und des Reichs Pflichten genommen werden solle, wie solches alles die auf solche Reichs-Kriegs-Fälle ergangene Reichs-Schlüsse erfordern, und mit sich bringen.

§. IV.

Licet, pergunt Catholici, haec ita sint, et insuper ista Aequalitas ad Obiecta de praeterito esse suum, et stabilitam originem habentia Vi Pacis saepe extensa reperiatur, cum constet, iam Anno 1559., testante R. I. eiusd. Anni §. 50. auf das; dann 2c., munera Deputatorum ordinariorum imperi initio saltem personalia exactiori methodo firmata, certisque Statibus Iure perpetuo assignata fuisse; itemque Iudicium Imperiale Aulicum iam pridem ante Tractatus Westphalicos viguisse; quin in priori casu ratio Paritatis Statuum ex vtraque Religione habita fuerit, aut in posteriori A. C. Ius vllum publice quaesitum habuerit, ad supremum hoc Archidicasterium subiectum aliquod e Gremio suo promouendi. Quod tamen vtrumque in Pace Religionis Nouiori, scilicet Osnabrugensi, Art. V. §. 51. *In Conuentibus Deputatorum etc.* obtinuit, sic quidem, vt ex dictis supra numeris Deputatorum Ordinariorum ex Vtraque Religione aequandus, idemque Vi §. 53. in Iudicio Aulico obseruandum, atque eo numero adsciscendi sint Consiliiarii A. C. addicti, vt eueniente Casu paritas Iudicantium ex Vtraque Religione Assessorum obseruari possit. Et quamuis porro *in rebus pure Ecclesiasticis, et Religionem concernentibus*, saepe fata LEX MVTVAE AEQUALITATIS frequenter admodum diserte *ad praeteritum* respiciat; id quod ex eod. Art. V. a §. 2. *Terminus a quo etc.*, vsque ad §. 48. *Ius Dioecesanum etc.* passim colligere licet;

§. V.

Attamen ex aduerso hoc aequae pro certo habent Ordines Catholici, ad reliqua omnia Obiecta pro praeterito iam radicata, fundata, et firmata solam clausulam generalem §. 1. *Transactio etc.* minus recte ampliari, sed illa merito relinqui Originariae suae *Constitutioni*, et *Personis*, quibus olim competere. Sic, vt rursus per nonnulla exempla eam, Catholici sibi Iure Maioritatem Votorum in Collegio Electorali conseruant, et eandem nouissime, anno nimirum 1708., pro diu protracta DVCIS BRVNSVICO-HANNOVERANI in Collegium Electorale introductio Vnanimi Placito Ordinum Imperii demum decreta est, sibi speciatim reseruarunt. Euolu. SCHMAVS. *Corp. Iur. Publ. Acad. P. 1311. et seqq.* Ita absque intentione fundata petere videntur Protestantes, vt Imperator alternatiue Catholicos, et A. C. Iudices Camerali,

rali, aut realiter tot Consiliarios A. C., quot Catholicos Aulico suo praeficiat Iudicio, atque Elector Moguntinus in adornanda Cancellaria Camerali paritatem Religionis obseruet; quod posterius in *ultima Visitatione* Camerae Imperialis acriter vrgebant, FABRI Staats-Canzley Tom. XL. C. XI. N. 6. Ad haec omnia accedit *Ratio fundamentalis*, siquidem Lex, et Pactum quodlibet, quousque aliud in specie non exprimitur, ex natura sua tantum tendit ad futura, non vero negotiis praeteritis formam tribuit, adeoque Iuribus praecipue specialibus, tantique momenti derogare neutiquam censetur.

S. VI.

Multo minus haec Aequalitas mutua per modum regulae ad *Rem Ecclesiastico-Catholicam* in Germania trahi, eiusque *integrali Systemati*, et *Originariae Constitutioni* obesse poterit. Quin potius, ac praecipue quoad hoc obiectum Possessionis nostrae antiquissimae eo fortiori iure insistimus, quia insistimus, quia in PACE RELIGIOSA §. 16. in formalibus:

„ Dargegen sollen die Stände, so der Augspurgischen Confession
 „ verwandt, die Römisch-Kaiserliche Majestät, Uns, und Churfürsten,
 „ Fürsten, und andere des Heiligen Reichs Stände der alten Religion
 „ anhängig, Geistliche, oder Weltliche, samt und mit ihren Capituln, und
 „ anderen Geistlichen Stands, auch ohngeachtet, ob oder wohin sie ihre
 „ Residenzen verrückt, oder gewendet hätten, (doch daß es mit Bestel-
 „ lung der Ministerien gehalten werde, wie hierunten davon ein sonderlicher
 „ Articul gesetzt) gleichergestalt bey ihrer Religion, Glauben, Kirchen-
 „ Gebräuchen, Ordnungen, und Ceremonien, auch ihren Haab, Gütern,
 „ liegend, und fahrend, Landen, Leuten, Herrschaften, Obrigkeiten,
 „ Herrlichkeiten, und Gerechtigkeiten, Renten, Zinsen, Zehenden, un-
 „ beschwert bleiben, und sich derselbigen friedlich, und ruhiglich gebrauchen,
 „ geniessen, unweigerlich folgen lassen, und getreulich darzu verholffen
 „ seyn, auch mit der That, oder sonst in ungutem gegen denselbigen nichts
 „ fürnehmen, sondern in alle Wege nach laut und Ausweisung des Hei-
 „ ligen Reichs Rechten, Ordnungen, Abschieden, und aufgerichteten Land-
 „ Frieden, jeder sich gegen den andern an gebührenden ordentlichen Rechten
 „ begnügen lassen, alles bey Fürstlichen Ehren, wahren Worten, und
 „ Vermeidung der Poen in dem aufgerichteten Land-Frieden begriffen zc.

specia-

specialissime est confirmata. Iam autem sicut *Pacificatio Osnabrugensis* pro perpetua dictae Pacis Religiosae Declaratione recte habetur in iis casibus, ubi *haec dubie, illa vero clare* disponit, prout sancit Art. V. §. I. *Verf. quae vero de nonnullis etc.*, ita e conuerso, quando memorata Pax Westphalica dubie, motiuis realibus se in vtramque partem exferentibus, Religiosa vero clare, et decisive loquitur, haec merito audienda est; cum §. modo cit. Art. V. vna cum Transactione Passauensi recenter ratificata, ideoque in effectu pars Instrumenti Osnabrugensis reddita fuerit. Merito itaque eadem firmitudine gaudet, ita quidem, vt contra Tabulas Vtriusque Transactionis, vllumue earum Articulum, aut Clausulam nulla lura Canonica, vel Ciuilia etc. nulli alii quicumque praetextus excogitabiles allegari, aut admitti ualeant. I. P. O. Art. XVII. §. 3. Donec nimirum in vno alteroue obiecto *Particulari*, ubi *Pacificatio VTRAQVE*, tam *Religiosa*, quam *Osnabrugensis* reale dubium relinquit (si tamen Hypothesin hanc quoad Catholicos in respectu ad eorum antiquissimam Possessionem locum adinuenire, modo deducta sinant) aut alias inter Vtriusque Religionis Procures secus conuenerit. Eod. Art. V. §. *Vtriusque Religionis etc.* 50. Non possum non addere, etiam *ex ipsis Protestantibus* esse, qui Catholicos Antiquitate Possessionis, et lurium Superiores esse fateantur. Adeatur *Celeberr. HENNIGES* ad I. P. O. Art. V. §. 23. Lit. E.

§. VII.

Iuuat vltterius a *Regula nostra* in cit. §. 16. Pac. Relig. luculentissime fundata ad *Hypothesin*, et *Exempla* transire. Ac primo quidem occurrit casus in P. O. art. itidem V. §. 23, ubi *Verbis initialibus* disponitur: „*Quot Capitulares aut Canonici die prima Ianuarii anni 1624. vsq. piam vel A. C., vel Catholici fuerunt, TOTIDEM illic ex Vtraque Religione erunt semper, nec decedentibus nisi eiusdem Religionis Consortes surrogentur etc.* „ Iam quidem Vi huius Textus Numerus Capitularium aut Canoniorum vtriusque partis, qualis *Anno Decretorio* fuit, etiam in posterum saluus, et integer perseuerare debet; sed ponamus, *computatis Capitularibus, aut Canonis, tam Catholicis, quam A. C. addictis numerum Foundationis necdum completum esse*; hic sane quaestio enascitur: *An Membris Catholicis ius competat, eundem e suo Gremio supplendi, vel secus?* Mouet hoc dubium ipse *DECKHERRVS A. C. Doctor Consult. Forens. Lib. I. cap.*

Cap. XXIV. N. 5. ibi: „ Quid Iuris, si certus Canonicorum nume-
 „ rus in Fundatione praescriptus successu temporum, postea a Catho-
 „ licis, et Protestantibus possessus, Anno Millesimo sexcentesimo vi-
 „ gesimo quarto autem, cuius temporis iura, non antecedentem praetensio-
 „ nem, iuraue respicimus, ab vtraque parte non completus fuerit, sed
 „ mancus extiterit (non, an in posterum supplendus sit, vel mancus re-
 „ linquendus? de hisce enim dubitare non conuenit) sed ex qua Religione
 „ supplementum illud quaerendum sit? Haec ex DECKHERRO, qui
 „ *supplendum omnino numerum praesupponit, vel ideo adiciere visum fuit,*
 „ quia HEINRICO HENNIGES. *in Meditat. ad I. P. Q. art. V. §. 23. p. 183.*
 „ cum DECKHERRO neuiquam conuenit. Euolu. pag. cit. vsque ad Lit. F.
 „ Verum quidquid sit, series realis contentionis eo recidit: num Verba
 „ Textus QVOT, TOTIDEM, accipienda sint in positiuo, an vero in
 „ exclusiuo sensu? Et prius adstruendum videtur, quia *Termini significan-*
 „ *tes non possunt esse latiores significato; atqui ex Principiis Geometricis, et*
 „ *Arithmetiis sufficienter patet, significationem realem numeri cuiuslibet in-*
 „ *cludere omnes numeros, et quantitates inferiores, ita tamen, vt superio-*
 „ *res non excludantur, nisi particulae exclusivae TANTVM, TANTVM-*
 „ *MODO, similesue caute adhibeantur, quarum nulla in nostro §. re-*
 „ *peritur; vt adeo de numero tantum positiuo, qualis ex Vtraque parte*
 „ *tam Catholicorum, quam A. C. addictorum Capitularium Tempore*
 „ *Normali fuit, merito intelligendus veniat. Et demus etiam liberali-*
 „ *ter, Catholicis in hoc passu Certitudinem omnimodam non suffragari,*
 „ *Ratio sane probabilissima eis opitulabitur, quae itidem ex parte Pro-*
 „ *testantium Certitudinem elidit, cum saltem PACTVM OSNABRVGEN-*
 „ *SE rem dubiam, et indecisam relinquat; atque hinc Regula §. praeced.*
 „ *commendata merito subintrat.*

§. VIII,

Consimiliter occasione §. 31. *hoc tamen non obstante etc.,* (cuius
 „ Sanctione Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli, et subditi, cuius-
 „ cunque generis, qui siue publicum, siue priuatum A. C. Exercitium
 „ Anno 1624. quacunq; Anni parte, siue certo pacto, aut priuilegio,
 „ siue longo vsu, siue sola denique obseruantia dicti anni habuerunt, re-
 „ tinent id etiam in posterum vna cum annexis, quatenus illa dicto Anno
 „ exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt, etc.) suboritur alia
 „ quaeſtio;

quaestio: quid in Casu, quo et Catholici, et A. C. Consortes subditi eodem isto Anno Normali per successiuas eius partes, et in vno eodemque loco individuali Cultum suum exercuere, sentiendum, aut quae deinceps celebrandi Exercitii Religionis vel vnus, vel vtriusque incunda sit ratio? Illustris HENNIGES. in *Meditat. ad I. P. O.* art. 5. §. 31. Verf. *quacunqve Anni parte* p. 444. existimat, rem vel ad modum interdicti vti possidetis in ordinem redigendam, vel Ecclesiam Vtriusque Religionis Sociis in communi relinquendam, Cultum vero *actualem* vtrinque per alternatiua temporum spatia, confusionis euitandae gratia, instituendum, et amica Conuentione determinandum esse. Ego rursus ludico, in hac Hypothesi *subditos Catholicos A. C. addictis* praefereandos, potioresque habendos esse, eo quod hos vltimos fundamentum intentionis suae vnice haurire oporteat ex *Tabulis Pacis Onabrugensis*, eiusque art. V. §. 31., in quo Annus Normalis quoad subditos proprie Sedem suam habet; iam vero in praesenti obiecto memoratus Annus subditis Protestantibus non succurrit, cum connexio inter eisdem *initialia*, et praecedentis §. 30. *finalia Verba* diserte doceat, saepe fatum Annum *tunc modo subditis* legaliter prodesse, quando ipsis cum Iolis Dominis Territorialibus in ordine ad excludendum actuale exercitium Iuris reformandi immediate res est, quod non contingit in nostro casu, vtpote qui potius ipsos subditos Vtriusque Religionis inter se inuicem concertantes proxime respicit, adeoque hic decisio rursus desumenda est ex *Pace Religiosa in specie tali*, eiusque §. 16. saepe cit. Plura Exempla angustum Propositi Spatium non admittit.

CAPVT III.

DE

IVRE AVGVSTISSIMI IMPERATORIS, ET IMPERII
CIRCA REM RELIGIONIS GERMANICAM.

SECTIO I.

De Imperatoris, et Imperii Nomothesia Religiosa.

§. I.

Exigit iustus connexionis Ordo, vt *materiam religionis*, quatenus Catholicos, et A. C. addictos respicit, in Mantissa praeuia quasi

cx

ex incidenti coeptam recto tramite prosequar. In hunc Finem suppono loco *fundamentalis Principii Germanici*, si opus foret, ab inductione omnis generis, et nominis Sanctionum Imperialium facillime demonstrandi, quascunque Constitutiones Auctoritate Suprema Imperiali legitime promulgatas non subditos tantum mediatos Germaniae, sed Status Ordinesque quoscunque, et hos quidem in sensu distributivo, vt aiunt, siue prout singuli sunt; firmissime obligare, adeoque et Pacificationes publicas Religiosas eodem effectu gaudere.

§. II.

Quod vero ad *Causam originariam*, et *efficientem* Legum nostrarum publicarum attinet, ea generatim versatur in *Pacto* non praecise ratione modi rei gerendae, perficiendaeque tali, quasi negotio legislationis mutuo consensu eorum, quibus haec Prouincia propria est, rite, exacteque absoluto, atque deciso, resultans inde Obligatio *Virtute Legis proprie dictae* teneat quidem Status, non vero *aliquo nexu* obstringat *Imperatorem*, qui potius ciuilitate liber habeatur; sed et in substantia, ac effectu Naturam mere pactitiam sortitur Nomothesia Germanica, consequenter Imperatores nostri, et Ordines Imperii collectiue sumti ex Legibus publicis tanquam ex Conuentione peraeque, et consimili ratione (dummodo *suprema MAIESTATIS IMPERATORIAE Proëdria*, ac *Dignitas Coactionis externae nescia* excipiatur) obligantur. Cui Doctrinae euidentissime adstipulatur Clausula Vsitatissima Recessibus Imperii adici solita, qua Imperator et Status ad reciprocam, mutuaque huiusmodi Sanctionum Obseruantiam circa Negotia Imperium ipsum regulariter concernentia sese deuincire amant. Ita sane, vt ab *Epocha MAXIMILIANI I.* tanquam moderni Status publici Romano-Germanici maxima ex parte Fundatrice exordium ducam, ac reliquas Constitutiones antiquiores praeteream, *Ordatio Regimenti de Anno MD. §. 47.* Unde aber c. edisserit, ibi:

„Haben wir (MAXIMILIANVS IMP.) Uns mit den genannten Unseren
 „Lieben Oheimen, Churfürsten, Fürsten, und andern des Reichs Stän-
 „den allhie versamlet - - - verbunden, verpflcht, und gegen ein-
 „ander unwiederruslich verstrickt, verbinden, verpflchten, versprechen
 „auch für Uns, und Unsere Nachkommen am Reich, Römische Kayser,
 „auch König, auch Unser Erben, und Erbliche Land, bey Unsern Königl-
 „chen

„hen Würden, und Worten, in- und mit Kraft dieses Briefs, solche
 „Ordnung, und Regiment Unsers, und des Heiligen Reichs Rath, mit
 „vorbemeld in Befehl, und Macht, auch Gericht, Frieden, Handhabung,
 „und der gemelden beschlossenen und vereinigten Hülff stat und vest zu halten,
 „und zu vollziehen, darinn nicht zu tragen; zu irren noch ichts darwieder
 „fürzunehmen, in keine Weis, sonder dieselbe, und alles das, so verhalb
 „durch Uns, oder in Unserm Abwesen durch den, so wir darzu verordnen
 „werden, und das vorgemeld Regiment, und Rath den mehrern Theil,
 „oder das Gericht, gehandelt, beschlossenen, und erkannt wird, zu handha-
 „ben, bleiben, und vollziehen zu lassen; Alles sonder Arglist, und Ge-
 „fährde ꝛ.

„Und Wir (Electores, Principes, et Status reliqui) bekennen,
 „und thuen kund allermänniglich hiemit in Kraft dies Briefs für Uns,
 „Unsere Nachkommen, Erben, und von deren wegen wir Gewalt haben,
 „daß - - - - - solch Ordnung, Regiment, Recht, Gericht, Handha-
 „bung des Friedens, und vorbestimmte Hülff der 6. Jahr, wie obstehet,
 „mit Unserem Willen und Rath zusagen, und annehmen, wie die durch die
 „Königliche Majestät geordnet, surgenommen, gemacht, und in diesen gegen-
 „wärtigen Vertrag, Contract und Verpflichtung gefaßt ist, und daß wir uns
 „gegen, und mit seinen Königlichen Gnaden verhalb verbunden, verpflich-
 „t, und unterwürfflich verstrickt haben: verbinden, verpflichten, und verstricken
 „Uns also hiemit in Kraft dieses Briefs. Gereden, und versprechen auch Wir
 „Churfürsten, und Fürsten bey Unsern Fürstlichen Ehren und Würden,
 „und Wir andere obbemelde Stand, in guten, wahren Treuen und
 „Glauben, an Endts statt, dieser Ordnung, Rath, Handhabung und
 „Hülff Folg zu thuen, und Königlicher Majestät, oder in Ihrem Abwesen
 „dem, so Seine Königl. Majestät an Ihr Statt darzu verordnen, und
 „dem gedachten Regiment, und Rath, in Gebothen, und Verbothen, so in
 „Kraft dieses Briefs ausgehen werden, gehorsam zu seyn, und die zu
 „vollziehen, alles getreulich, und ungefährlich ꝛ.

S. III.

His gemina adnectit R. I. N. S. 197. über dies haben Wir ꝛ.
 ibi:

„Solches alles und jedes, wie hieroben geschrieben stehet, und Uns
 „Kaiser FERDINAND den Dritten berühren thut, gereden, und versprechen
 „Wir

„Wir bey Unsern Kaiserlichen Würden, und Worten, stät, vest, und unverbrüchlich, aufrichtig, zu halten, zu vollziehen, deme stracks nachzukommen, und zu geleben, sonder Gefährde.

„S. 198. Dessen zur Urkund haben Wir Unser Kaiserlich Insiegel an diesen Abschied henken lassen.

„S. 199. Und wir die Churfürsten, und Stände, und der Abwesenden verordnete Räthe, Botschaften, und Gesandte bekennen auch öffentlich mit diesem Abschied, daß alle und jede obbeschriebene Puncten, und Articul, als wie obstehet, mit unserm guten Wissen, Willen und Rath vorgenommen, und beschlossen seynd; Willigen auch dieselbe allesamt und sonderlich hienit, und Kraft dieses Briefs, gereden, und versprechen auch in guten wahren Treuen, die, so viel einen jeden, oder den, von dem er geschickt, oder Gewalt habend ist, betrifft, oder betreffen mag, wahr, stät, vest, aufrichtig, und unverbrochen zu halten, und zu vollziehen, und deme nach allem Vermögen nachzukommen, und zu geleben, sonder Gefährde.

Atque ab hac Norma nullus Recessum recedit, prout CORP. RECESS. IMP. ad oculum ostendit; addit insuper Capitulatio Caesarea nouissima art. 2. S. 3. ibi:

„----- Wie auch insonderheit (wollen Wir) alles dasjenige, was bey vorigen Reichs-Tagen verabschiedet, und geschlossen, und durch die nachfolgende Reichs-Constitutionen, und Gesetze nicht wieder aufgehoben worden, oder bey Reichs-Tagen für gut befunden, und geschlossen werden möchte, gleich wäre es dieser Capitulation von Worten zu Worten einverleibt, stät, vest, und unverbrüchlich halten ic.

Cuius tenore expresso Imperator etiam ad futurarum Legum Publicarum Obseruantiam praeuia conuentione se se obstringit.

§. IV.

Prono inde alueo fluit, pro regulari qualitate Paciscentium semper de Parte ad Partem agi, quoties Imperium nostrum in actuali determinatione Negotiorum Publicorum occupatur, ita, vt illos male loqui haud dixerim, qui semissem Comitiorum Imperatori, alterum semissem Statibus Imperii tribuunt; non quidem eo intellectu, vt accedente consensu Statuum qualicumque, etiam singularis Collegii, aut Ordinis ad sententiam Imperatoris, eadem praeponderet, ac Legem, et Con-

clusum Imperii Pragmaticum efficiat, sed hoc modo, vt perinde, ac in Pacto, Consensus Imperatoris, et Consensus Statuum sint *duae causae, et determinantia constitutiua consensus legalis ad conclusum imperii sufficientis*, atque adeo vna Pars Consensus huius Legalis Imperatori, altera Statibus tribuatur. Inuictum eam in rem argumentum suggerit I. P. O. art. VIII. §. 2. *gaudeant etc.* De Numero autem Suffragiorum in Consultationibus Comitialibus id notandum, MAIORA ex Principis Iuris Publici Vniuersalis in quolibet Collegio regulariter concludere, cum non detur expeditior modus, Consultationes plurium ad effectum deducendi, quod et *Leges Imperii Fundamentales* paulo post recensendae indubium relinquunt.

Vtrum vero Maiora etiam obtineant ratione Collegiorum, Electoralis, Principum, ac Ciuitatum in formando Imperii placito, *sive* an Imperator approbando placitum Statuum non tribus solum, sed et duabus trium Collegiorum Sententiis vniformibus constans Legem Imperii, et Conclusum commune efficere queat? Id quidem extra controuersiam non est; siquidem non desunt inter Publici Iuris Doctores, qui *Ius Maiorum in separatis tantum Collegiis* locum habere contendunt, *Placitum* trium Collegiorum *efficax*, ein vollkommenes Reichs Gutachten, non nisi *tribus trium Collegiorum Sententiis vniformibus* constitui existimantes; Vid. AVCTOR des Discurs, wie weit Ihre Kaiserl. Majestät in Reichs-Geschäften, da die Vota deren Reichs-Collegiorum different, durch Dero Beyfall der Sach den Ausschlag zu geben, zugeeignet werde? ELECT. I. Publ. Tom. II. §. 19. pag. 255. seq. etc.

Quae tamen Sententia non sine ratione ab aliis de Praxi Imperii melius edoctis reicitur, rectius plurium Iudicio statuentibus, quod Maiora non tantum in Deliberationibus Collegiorum separatorum, sed et in Placito Ordinum ex tribus trium Collegiorum Suffragiis curiatis haberi debeat, si *duo*, quam si *tria Collegia* in eandem Sententiam concedant; nec minus vnum, quam alterum *accedente Ratificatione Caesarea in Legem Imperii* abeat. Quae Doctrina vti suis non destituitur *Defensoribus*, Euolu. AVCTOR der Grund-Beste des Heil. Römischen Reichs P. 2. C. 8. FVRSSTENERIVS de Iure Supremat. C. 40. et 41., atque Statuum ipsorum calculo comprobatur, Consul. Illust. de D. MEIERN AB.

P. W. publ. Tom. II. Lib. X. §. 12. p. 139., ita *Praxi Imperii* eandem conformem esse facile demonstratur; Vid. *Europäische Staats-Canzley* Tom. XV. C. 4. n. 3. Tom. XVI. C. 10. Tom. XXVII. C. 3. PFEFFINGER, VITRIAR. Illustr. Tom. IV. Tit. I. §. 72. Lit. c. p. 379. seqq.

Porro hoc *Ius Maiorum* in Negotiis Imp. publicis ab antiquissimo retro tempore viguisse, manifeste patet ex A. B. Tit. II. §. 6. et fin. ex R. I. Treuir. et Colon. §. 7. Es sollen auch die Churfürsten etc. ibi:

„Und was Dieselbe - - - oder der mehrer Theil aus Ihnen - - -
„beschlossen werden, dem soll von allen Ständen gefolgt, nachkommen,
„und vollstreckt werden etc.

ex ORDIN. REGIM. Wormat. de Anno 1521. §. 12. Würde sich auch begeben etc. ibi:

„Und dem, so durch den mehrern Theil beschlossen worden, Folge thun etc.

Idem repetit die Erklärung des Land-Friedens zu Nürnberg de anno 1522. art. 3., R. I. Spir. de anno 1542. §. 25., R. I. August. de anno 1559. §. 44. Diesen Beschwerden zu begegnen etc. ibi:

„Setzen, Ordnen, und wollen, was hinsieuro in berührten Executions-Sachen, und Handhabung des gemeinen Friedens, durch den mehrern Theil der Stände eines jeden Crayß, demselbigen Crayß, zu Gutem beschlossen, und statuiert wird, daß solches durch den wenigern Theil nicht verhindert, noch hindertrieben - - - werden soll etc.

Quibus iunge R. I. Ratisb. de anno 1576. §. 98. Da dann etc. de anno 1594. §. 121. Da dann die Sachen etc. ibi:

„Alsdañ soll das alles in gesanten geheimen Rath, auch in Beyseyn Unserer Kaiserl. Commissarien verrichtet, decidirt, und bey mehrern gelassen werden etc.

Neque aliud vnquam visum fuit Statibus Imperii tam Catholicis, quam Protestantibus; id quod ac oculus demonstrant *Grauamina Catholicorum in Comitibus Ratisbonensibus de Anno 1641. ad dictaturam promota apud LONDORP. Aët. Publ. Tom. V. Lib. I. §. 107. pag. 323. Vers. 6., nec non Responsum Protestantium ad dicta Grauamina eodem anno §. 129. apud cit. Auctorem pag. 421. Omnium autem enixissime de hoc Iure Maiorum testantur Grauamina Protestantium in Tractatibus Osnabrugensibus*

sibus anno 1645. et 1646. Plenipotentariis Caesareis, et Cancellariae Moguntinae exhibita apud Illustr. D. de MEIERN loco cit. ibi:

„Daß in grossen Geschäften, und sonderlich, wann es um Defension des Heil. Römischen Reichs, oder Erwählung eines Ober-Haupts zu thun, wie nicht weniger, da zwey Reichs-Collegia einer Meinung mit einander seyn, die Maiora ihre Gültigkeit nach Ausweisung Pacis Publicae, und A. B. ohnwidernsprechlich halten &c.

§. V.

Verum Regulam adeo commendatam I. P. O. insigniter restrinxit, dum art. V. §. 52. *Exceptiones notatu dignissimas* adiecit, ibi:

„In Causis Religionis, omnibusque aliis Negotiis, vbi Status tanquam vnum Corpus considerari nequeunt, vt etiam Catholicis, et A. C. Statibus in duas partes euntibus, sola amicabile Compositio lites dirimat, non attenda Votorum pluralitate etc.

Vnde sequitur, vt Obiecta hic designata non a Maioribus Statuum Suffragiis, sed vnice ab amica eorum, quorum principaliter, et immediate interest, *Transactione*, ac *Compositione Normam Legalem* accipiant. Quae tractandi Negotia Publica Methodus dudum proprium sibi Nomen, Titulumque *iuris eundi in partes* adsciuit, atque hoc Ius eundi in Partes Exegesi vltiori Cynosuram praefiget.

§. VI.

Et quoad *Thejm* quidem omnia liquida sunt, nullique dubio subiacent; At vero ad Hypothesin descendere si lubet, non vna difficultas tam in discernendo numero Casuum ex Iure eundi in Partes resultantium, quam in cognoscenda eorundem reali qualitate occurrit. Sicut enim aequae vi huius §. 52., ac §. 50. in Verbis:

„Sed si dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex Causis Pacem Religiosam, aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de quo in Comitibus, vel aliis Imperii Conuentibus inter Vtriusque Religionis Procures non nisi amicabile ratione transigatur.

Negotia propria, et *Obiectiua Religionis*, quatenus Catholicos ex vna, et A. C. Status ex altera parte concernunt, ab iisdem non nisi *Via pacifica* componi possunt, ita sunt alii, qui sub adaequato sensu saepius allegati §. 52. *solas Causas Religionis* comprehendendi existimans. Ast vti rursus Verba:

„Omni-

„Omnibusque aliis Negotiis, vbi Status tanquam vnum Corpus considerari nequeant etc.

Vi sua connexiua diuersitatem Casus secundi a primo Religionis perspicue inferunt, sic de vero huius ipsius Casus secundi *Sensu* passim addubitari aduerto. Sane HENNIGES. in *Meditationibus suis ad b. l.* scrupulum non eximit, sed auget.

§. VII.

Meo Iudicio Textus Instrumenti cit. loqui videtur de *Iure singulorum Statuum*, dummodo Circumstantiae sint ita comparatae, vt
I.) *Ius* huius, vel illius Status in Thesi certum praeeexistat, ac
II.) Agatur de eodem abrogando, aut quocunque demum modo alternando; Quin tamen

III.) *Proxima, et realis Boni publici Germanici Necessitas* huiusmodi immutationem efflagitet. Quam certo enim urgente reali, et proxima Necessitate Reipublicae (quidquid demum de sola Vtilitate habita ratione Insignis Libertatis Ordinum Imperii Iuris sit) Statuum quilibet Iura sua peculiaria Publico consecrare tenetur, ita, vt, non attento eiusdem *particulari dissenso*, Maioribus reliquorum Suffragiis praerogatiua eatenus debeatur; tam indubium videtur, in Casu heterogeneo, quo interesse Publicum non ita euidenter subuersatur, atque hinc nec arctus adeo Imperii, Obligationisque Ciuilis Nexus existit, Maioritatem Votorum neququam obstare, quo minus Status in *fundata intentione Iuris sui* permaneat, re duntaxat amicabiliter cum eodem, et reliquo Imperii Corpore terminanda.

§. VIII.

Neque Exempla, quibus Assertio, illustrari queat, desiderantur. Sic tempore Tractatum de *Pace Westphalica* Status, quorum intererat, adduci non potuere, vt in Curiae Imperialis Rothwilensis, aliorumque Iudiciorum Prouincialium Sueviae vtut energicis Statuum plurimorum querelis agitatorum abolitionem consentirent; quin potius perorante I. P. O. art. V. §. 46. *Caetera in Aulico* etc. Negotium hoc ob Arduitate suam ad proxima Comitata remissum fuit; in quibus vti decisum nihil, ita et in *Modernis* res pendet etiamnum, ac forte diutius pendeat. tamen *capitul. carolin. nouiss. art. XVIII. §. 8.* *Als auch* etc. Vers.

„So wollen Wir alles Ernstes daran seyn, daß solchen derer
 „Ständen - - - Beschwerden wirklich aus dem Grund abgeholfen,
 „und wegen der Abolition erstberührter Hof- und Land-Gerichter auf dem
 „Reichs-Tag bald möglichst ein gewisses statuiret, immitels aber, und
 „innerhalb einer Jahrs-Frist die eine zeithero wieder die alte Hof- und
 „Land-Gerichts-Ordinungen extendirte Ehehafts-Fälle abgethan - -
 „werden etc.

Quae promptissima Medelae Promissio est. Verum in futuris Deliberationibus Comitibus non deest huiusmodi Statibus, ac Iudicibus Provincialibus Hereditariis plausibilis exceptio, scilicet necdum subnatum esse Calum publicae Necessitatis, quae omnimodam Curiarum antea memoratarum abrogationem exigat, defectibusque rei Iudicialiae, siquos hucusque admiscere, sedula Reformatione efficax remedium opponi posse.

Quin imo tantum est Ordinum Germanicorum, ubi de *imminuendis* eorum *Iuribus* agitur, tutandae Libertatis suae adeo eminentis studium, ut *praerogativas semel adquisitas* haud ita facile sibi eripi patiantur. Speciem facti congruam refert FABRI Staats-Canzley, Tom. XXXIII. C. 9. Tom. XXXIV. C. 12.

§. IX.

Duas haecenus Iustraui Species *Iuris eundi in partes*, quarum *prima* circa *Causas Religionis* versatur, *secunda* vero *Iura singulorum* pro immediato obiecto habet; ubi tamen notanda haec inter utramque differentia, quod in priori Catholici, et A. C. Status, in posteriori Caesar, ac Imperium in Corpore, et Ordo, vel Ordines, de cuius, vel quorum Iure *principaliter quaeritur*, in partes abeant. Venit his annumerandus *tertius Casus*, quando nimirum vni Religioni denegantur ab altera fauores publici, eidem a Sanctionibus Imperialibus diserte attributi; re ipsa enim, et *in effectu* Catholici, et A. C. addicti Status tunc repraesentant duo Corpora distinctis rationibus, diuersoque, ut aiunt, interesse separata, ac proinde *non in forma Collegii* per Maioritatem Votorum, sed *sola Compositione Amicabili* consocianda. Sic v. g. si, emergente Catholicum inter, et A. C. Status Controversia, Iudicium Imperiale Aulicum aduersus Ordinationem I. P. O. art. V. §. 51. in *Conuentibus Deputatorum etc.* Vers. *Vbi Extraordinariis*, etc. Commissarios

rios duntaxat Catholicos denominaret, aut *contra dispositionem CAPITVL. NOVISS. art. XVIII. §. Und keinen zc. §. Commissariis Catholicis impares A. C. addictos adiungeret, in profecto Protestantes ad instituendum in partes secessum, tollendumque hac via commune Grauamen incitaret. Siue autem hanc iuris eundi in partes speciem ad Casum primum, aut Causas Religionis reducas, siue eandem pro diuerso, et tertio Casu habeas, eoquod non ipsam Religionem obiectiue sumtam (quo dictus Casus primus collimare videtur) sed potius Personas alterutri Religioni addictas respiciat; de eo quidem me non adeo sollicitum habebis.*

§. X.

Hermeneuticam nunc Meditationem exposcit Versiculus:

„Vt etiam Catholicis, et A. C. Statibus in duas partes euntibus etc.

Vbi tamen fateor, Constitutionem, quae in I. P. O. art. V. §. 50. Energia sequente:

„Vtriusque Religionis Magistratus seuerè, et rigorese prohibeant, ne quisquam publice, priuatimue concionando, docendo, disputando, consulendo Transactionem Passauiensem, Pacem Religiosam, vel hanc in primis Declarationem, siue Transactionem vsquam impugnet, dubiam faciat, aut Assertiones contrarias inde deducere conetur etc.

serio inculcatur, ita comparatam esse, vt primo intuitu Thema hoc delicatae adeo Crisi obnoxium, inque ipsis Comitibus tam diuersis Ordinum studiis agitatum in medio relinquere consultius videatur, cum praesertim Capitulationes Caesareae iam inde a Tempore FERDINANDI IV. Articulum Osnabrugensem, animaduersione rigida contrauenientibus sintentata, sollicitè confirmant; id quod ex Capitul. Nouiss. art. II. §. 6. Zumalen auch diejenige zc. abunde liquet. Verum sicut eiusmodi Sanctiones Leges Publicas Romano-Germanicas minime dubias, atque Negotia extra Controversiam posita vt plurimum supponunt, ita occurrente earum sensu ambiguo Interpretationi Doctrinali Cancellis vere Academicis circumseptae aditum neutiquam praecludunt. Itaque ad Examen d. Versiculi progredior.

§. XI.

Certe Protestantes ex eodem specialem quandam Iuris eundi in partes

partes *Facultatem* deriuare, sibi que attribuere operose contendunt, ita quidem, vt, quoties e re sua fore visum fuerit, toties ad hoc praefidium veluti Sacram Ancoram confugere liceat, quin sibi propterea, vt *ratio Religionis* id plerumque suadeat, Onus probandi, in hoc, vel isto Negotio particulari respectum Religionis actuale subesse, incumbat; cum potius *Beneficio Legis illimitato* se se tutos reddi existiment, consequenter Priuilegium Religionis datum Personis quoque eam profitentibus accommodant. Lubet *Textum Instrumenti integrum*, prout quidem ad Quaestionem praesentem facit, ad rem eo magis dilucidandam denuo subiicere:

„In Causis Religionis, omnibusque aliis Negotiis, vbi Status tantumquam vnum Corpus considerari nequeunt, vt etiam Catholicis, et A. C. Statibus in duas partes euntibus, sola Amicabilis Compositio Lites dirimat, non attenda Votorum pluritate.

Quo praemisso *Cardo rei* hic esse videtur: *Num scilicet Form.*
„Vt et Catholicis, et A. C. Statibus in duas partes euntibus, fiat tantum relatiua ad Verba subsequencia:

„sola Amicabilis Compositio Lites dirimat,
An vero praecedentem Textus Tenorem respiciant? Priori Casu nouam Iuris eundi in partes speciem efformant, in posteriori non aequo. Atque hoc vltimum est, cui Catholici calculum suum adiciunt, arguentes nimirum

§. XII.

I.) Exigere Ius Naturae, vt omnis Lex, et Conuentio sit instructa obiecto quodam vel in se, vel per relationem ad certam peristasin determinato; in eo enim consistere Caput morale omnis Iuris, et respectiue Obligationis Ciuilis. Iam vero prioris Generis obiectum luculenter quidem exprimi in duplici Casu, quem §. 2. cit. repraesentat, Versum autem quaestionis praesentis vtroque aperte destitui. Neque

II.) Euinci quicquam ab his, qui certitudinem relatiuam Obiecti iam in ipsis Verbis realiter latitare iactitant, ita quidem, vt VI d. §. Protestantibus tacite facta sit copia discernendi: an discessus in Partes in hac vel illa Contingentia particulari expediat? et vbi e re sua esse videbitur, actualiter in partes commigrandi; replicant namque Catholici, Dictamen hoc practicum Protestantium nec ex necessitate significationis Verborum, nec ex ratione Ciuili confectarium esse.

§. XIII.

§. XIII.
 Et quoad Primum quidem, cum *Verba versus SOLVM ACTVM* ITIONIS IN PARTES expriment, de Obiecto autem huius abitus altum fileant, eadem non inuoluunt Casum nouum, sed *immediatum* duntaxat effectum illius Iuris eundi in Partes, de quo in Tenore praeuio Textus quaestio decisa occurrit, designant; quasi Lex re ipsa dicat:

„In Negotiis Religionis, ubi ius eundi in Partes de se fundatum est, vt et si Catholici, et A. C. Status deinceps in Partes ACTV eant, sola Amicabili Compositione Lis derimatur.

Atque hac ratione *Sensum Legis* percongruum, et naturalem esse statuunt; adeo vt, si factum Itionis actualis in Partes non praecedat, neque effectus Iuris praecipuus, Amicabilis scilicet Compositio, subsequi valeat; ac proinde, cum Casus alter de Iure singulorum (§. VIII.) a primo deflectat, omnino adhibenda fuere Verba, quibus *eiusdem Casus primi de causis Religionis Repetitio* denotaretur, idque versu, prout iacet, concepto satis expeditum videtur, quin Proprietas, ac Sensus Verborum recursum ad distinctam Iuris eundi, in Partes Speciem exposcat; siquidem Casum eod. §. VIII. descriptum inde ad summum eruere licet, quod Catholici haud difficulter largiuntur.

§. XIV.
 Porro *Dictamen illud practicum*, cui hos Ius suum eundi in Partes Innitii Protestantes adstruunt, non respondere rationibus Ciuilibus, sed omnino iis repugnare, demonstrant Catholici a pari; sicut enim inter Priuatos Conuentio, cuius obiecti determinatio in nudum alterius compaciscentis Arbitrium confertur, v. g. *vendo tibi domum tanto pretio, quanto volueris*, nequaquam subsistit, licet hic de solius tam ambiguae atque incerte contrahentis Compendio aut detrimento immediate agatur; ita *fundamentalis* cuiuslibet Cinitatis *indoles* pro Architectonico Rerumpublicarum Systemate exigit, vt ne *Ciuum alicuius coetus arbitrio* (ubi praesertim Pacta primigenia, aut succedanea nihil definiunt) relinquatur: num in Figura Collegii, an vero in Forma Partis Negotia publica pertractanda sint? Et sane si in plerisque Ciuitatibus Electiis certa Imperii Formula, ne scilicet *Principatus in Dominatum* abeat, Summis Imperantibus praescribi soleat, ita, vt hac Formula, quae LEGIS FUNDAMENTALIS nomine recte venit, Nomotheticum eorum Arbitrium

restringatur; cui persuaderi poterit, *certae Ordinum Classia* Imperio Facultatem competere, Normam Negotiorum publicorum deliberatiuam, deficiente omni Lege, suo ex intellectu, et voluntate constituendi? cum praesertim vna cum reliquis Sanctionibus Pragmaticis *Pacificatio Osnaburgensis*, *Lex maxime Fundamentalis Imperii*, huiusmodi conatibus aperte refragetur, quippe quae id vnice egit, vt, quod moderno Systemati publico subministravit fulcimentum, illud *stabile* existeret, et *inconcussum*; atqui hoc ipsum fulcrum per indirectum subrueretur, si Statibus alias ob causas, easque plane indeterminatas suo Arbitratu in Partes abire liceret; quo ipso non euenire non posset, vt *maximi Momenti Negotiis* remora ingens iniiceretur, eorumque cursus sufflaminaretur, vel *difficiliter omnino* vel *pro Rerum, Temporumque critica Peristasi* metam nullo modo consecuturis.

§. XV.

Non equidem ignoro vltiorem Protestantium Instantiam, qua adscuerant, sese bono erga Publicum Zelo in Actionibus suis duci, cui si parem foueant Catholici, haud metuendum esse periculum Consultationibus Rerum Imperialium, ac tantum quoad modum consultandi tunc aliquid discriminis subesse. Verum et hoc scio, esse per saepe *Principem a Populo electum optimae Spei*, atque ita comparatum, vt sinistra futuri Dominatus suspicio in illum minime cadat, nec tamen idcirco *Iure inuitus* est, vbi populus Rerum Summam soli Officio Regio non relinquit, sed *Regiminis actuali exercitio certos, fixosque limites* circumponit; Qua igitur ratione A. C. Status, Imperii Romano-Germanici Ciues conqueri, ac tergiuersari poterunt, si Catholici eorundem *placito* haud adquiescentes modum tranſtandi Negotia publica in iis praecipue Casibus, vbi neque de re obiectiua Religionis, neque de fauore quodam politico A. C. auferendo, neque porro de causis aliis sphaeram Iuris eundi in Partes speciatim ingredientibus agitur, ad Normam Imperii antiquissimam instituendum, adque hinc *Votorum Pluralitati* in Comitiiis praerogatiuam omnino adiudicandam esse, liberrime pronuncient? siquidem ex solo hoc Protestantium *Diſtamine* practico prudentiae, siue nuda ratione Consilii, et *Vtilitatis* Ius quaesitum perperam infertur.

§. XVI.

Subiungunt denique Catholici Argumentum quoddam reflexum;
denu,

demus, inquit, *salua rei Veritate*, ex deductis rationum momentis Thesin nostram *plenissime haud comprobari*; ea ipsa tamen, Assertiones antitheticas oppido ambiguas reddunt; cum praecipue, *supposito etiam formato*, Versiculum quaestionis ratione obiecti speciale quid intendere, semper prudens dubium remaneat: num hoc Obiectum constituat casus ille ipse a Protestantibus subintellectus, an vero alius et quidem talis, vbi, re fortuito ita emergente, Catholici Ordines in vnam, et A. C. addicti in alteram Partem abeunt? quem Casum *Interpretatio Textus quaestionis* forte probabilius admittere posset; Vid. §. seq. Antithes. 3. Atqui in hocce Controuersiae Statu maxime ambiguo pluralitatem Suffragiorum, vtpote in Sanctionibus *Imperii* antiquioribus certo fundatam, Lege noua autem necdum clare vigore pristino destitutam rursus praeponderare, res ipsa docet.

§. XVII.

Reliquum est, vt Antitheses A. C. addictorum paucis excutiam, iisque, quid a Catholicis reponi queat, ingenue subnectam. Notissima sunt *Acta Publica FABRI* Tom. XXIII. C. IX. a N. 2. vsque ad 9. inclusiue, Tom. XXVI. C. V. N. 1., Tom. XXIX. C. IX. N. 3. 4., Tom. XXXVIII. p. 314., Tom. LIV. p. 277., quibus restantibus Protestantes

I.) Prouocant ad *Observantiam Imperii*, vi cuius Negotia publica partitio modo expediantur;

Haec observantia non afficit Status, et Res Imperii sub quolibet Respectu, et Qualitate (§. 2. seqq.)

II.) Fundant se in Possessione, vti opinantur, iam ab Anno 1603 vsque ad annum 1648. serie non interrupta continuata;

Praetensi Actus Possessorii ultra *Causas Religionis*, et *Iura singulorum Statuum*, ac *Materiam collectandi Teste* eorum temporum Historia se non extendunt.

III.) Referunt se ad Legem mutuae *Aequalitatis*, vi cuius deterioris conditionis esse nequeant, quam Catholici, vtpote qui ipsi iamdum Anno 1672., cum de *constituenda Imperii Praefectura militari* ageretur, in partes iuerint.

Obiectio praecise tangit §. 9., quatenus in Negotio Imperii praenominato Catholicis a Parte Protestantium noluit aequalis Conditio relinqui.

IV. Ex eodem Principio *mutuae Aequalitatis* prono satis aluo fluere existimant, quod in vtroque Iudicio, Imperiali Aulico, et Camerali, casu quo contrariae circa causas vel ecclesiasticas, vel politicas

Senten-

Sententiae oriuntur, Catholicis quidem in vnam, Augustanae vero Confessionis Consiliariis, et Assessoribus in aliam partem abeuntibus, ad Votorum pluralitatem non attendatur; consequenter *idem Iudicium et de nostro Casu* formandum esse contendunt.

I.) Quoad Suprema Archidicasteria extant luculentae Constitutiones; Vid. I. P. O. Art. V. §. 53. *Practerea cum etc. Vers. Sed idem etiam etc. §. 55. Visitatio Consilii Aulici etc. Vers. Aut in diiudicandis causis etc.*

II. Consiliarii, et Assessores A. C. non ab initio statim secedunt a Collegis suis Catholicis, sed Suffragia sua nunquam non in Forma vnus Collegii ferunt; vt adeo, habito saltem ad Statum Rei publicum respectu, Casu tantum in Partes migrare videantur. Atqui huiusmodi circumstantiae in Puncto praesentis quaestionis neutiquam reperiuntur.

V.) Confugiunt ad *Sensum literalem* saepissime allegati Versus: Vt etiam Catholicis, et A. C. Statibus in duas partes euntibus sola amicabile composiitio locum obtineat, exclusa Votorum pluralitate, *Intellectus loci genuinus ex praecedentibus satis innotescit.*

§. XVIII.

Quod ad modum et formam exercendi ius eundi in Partes attinet, statuunt porro A. C. addicti Ordines, se in casibus ad illud qualificatis toto sine differre a Statibus catholicis, et hanc ipsam ob causam non efformare cum his *verum quoddam Collegium*, sed constituere *Congregationem peculiarem sub praedicatione CORPORIS EVANGELICI*; atque ex hoc ipso principio facile consequi, vt ab initio statim, nulla cum Catholicis deliberatione habita, ab illis secedere, Negotia sua seorsim in *PROPRIIS CONFERENTIIS* discutere, desuperque *vota communia* concipere, ac deinde in Via amicabile Compositionis cum Parte Catholica *Communicationem* instituire queant.

§. XIX.

At vero quidquid sit de *formata Denominatione CORPORIS EVANGELICI*, cuius Controversiae seriem exhibet, et Argumenta Augustissimi Imperii Capitis, Ordinumque Catholicorum ac Protestantium vtrunque deducta suppeditat FABER Tom. XXXVI. cap. XII. N. 6. Tom. XXXVII. cap. VIII. N. 13., Tom. XXXVIII. cap. X. N. 9., illud sane A. C. Ordinibus, exigente ita sine vltimato Iuris eundi in Partes, non potest non esse permissum, vt, si deliberatione cum Catholicis collegialiter semel tentata, in casu qualificato *paria Vota actu* prodierint, Catholicis

licis quidem omnibus in vnam, et Protestantibus in alteram Partem euntibus, ipsi deinceps in pertractando huiusmodi Negotio particulari *separatas rationes* eo vsque tueantur, donec vel cum Catholicis in idem placitum amabilius concedant, vel omnis Concordiae Spes omnino euanescat; id quod diserte innuit *Decretum Commissionis Caesariae* apud eundem FABRVM cit. Tom. XXXVIII., cui non obscure adstipulatur *ipsum I. P. O.* art. V. §. 52. *toties alleg.* At vero, quam sibi in Casibus emergentibus Protestantes sumunt, aduersus Cynosuram regularem Comitologicam statim ab exordio Consultationes suas in Figura Partis separatae adornandi libertatem praefatum Commissionis Caesariae Decretum summo pere improbat, eo quod, obseruata Viae huiusce Vnilateralis indole, CAESARI, ac Statibus Catholicis publice nunquam constare posset, abierintne Omnes A. C. Ordines, Nemine dissentiente, in vnam Partem, nec ne? Quam tamen Scientiam Publicam, eamque Collegialem in Ordine ad *ultimum Iuris eundi in Partes effectum* certo praerquiri, indubio Argumento est *Paritas* quam Camera Imperialis Protestantibus iam supra suggestit.

§. XX.

Neque huic *Resolutioni Caesariae* obicem figit aliqualis haec forsan obmotio, Negotia scilicet obiectiua Religionis iam ex natura sua, et intrinseca qualitate esse determinata ad nudam Amicabilem Compositionem Statuum Catholicorum, atque Protestantium; vt proinde *abitum actualem* eorundem in Partes in plenis Comitibus prius expectandum inter *Entia supersua* numerare, statimque a principio ad separatas vtrinque Actiones lure optimo recurrere liceat, quin *Analogia a Camera Imperiali petita* hic aliquid euincat.

Licet enim Principium hoc Protestantium sua probabilitate haud destituatur, plus tamen in Effectu operari non videtur, quam dubium quoddam respectuum super Vero, ac Pragmatico Intellectu Versus quaestionis; atqui stante hoc dubio, et quo vsque *Certitudo Legalis* deficit, subingreditur, locumque occupat Regula antiquissima, et fundamentalis, vi cuius Negotia publica quaecunque *Corpori Imperiali*, vel Comitallyter congregato, vel in Deputationibus Ordinariis, aut Extraordinariis repraesentato ad deliberandum proponi, et Suffragiis Decisuiis, Virilibus, ac Curiatis, committi solent.

§. XXI.

Vtteriori adminiculo mihi sunt diuersa, quae Catholicos inter, et A. C. addictos ventitantur, Religionis Grauaamina; *alia* quippe contraveniunt expressae Dispositioni Pacificationum Religiosarum, *alia* incidunt in Sensum Legis, pensatis bona fide, medioque studio vtriusque Partis fundamentis, vere et realiter dubium, *alia* nonnisi detorta quam Interpretatione praefatis Pacificationibus adplicantur. Iam vero sicut *primae*, et *secundae Classis obiecta* ad Causas Religionis praecipue retucuntur, *tertia* autem *Species* hanc sibi praerogatiuam vindicare non potest, ita fundata pro toto Corpore Imperii, eiusque Comitiali Systemate intentio apprime exigere videtur, vt Causae Religionis qualescunque, discerniculi causa: an genuina huiusmodi qualitas subsit? *primitus* ad illud deferantur, ac deinde, si praeuio hoc Actu Pacificationibus Religiosis respondeant, ad Amicabilem Partium Compositionem *sine vltiori Figura Comitiorum* amendantur; cum sic vtique Nomothesia I. P. O. art. V. §. 50. *Vtriusque Religionis* etc. § 2. in *Causis Religionis* etc. obsequium exposcat.

§. XXII.

Nihil euincunt Protestantes, dum regerunt, hac ratione *bonam fidem* non semper obseruatum, sed crebro in ea rerum Crisi Negotia quaedam ab Ordinibus A. C. addictis pro Causis veris Religionis habitum, a Catholicis autem inter adiaphora eum in finem reputatum iri, vt *Vim*, et *Auctoritatem Pluralitati Votorum* conseruent. Esto enim, haec ita euenire posse, licet in antecessum alia omnia mihi de Ordinibus Catholicis persuadeam, nec sic tamen Protestantes impediuntur, quo minus Causas, quas ipsa rei Veritas inter proprias materias Religionis referri iubet, Catholici autem hoc non obstante adhuc tergiuersantur, e pleno confesso Comitiorum rursus auocare, easque Amicabili Compositionem reseruare queant; quo pacto id saltem efficitur, vt ex vna parte integritas deliberationum Comitialium, et ex altera Ius eundi in Partes, siue Regula, et Exceptio peraeque saluentur. Quid vero vltius obtineat, si in Negotio vero, et proprio Religionis in Pactis Religiosis aperte fundato non omnes A. C. additi Status in vnam, et Catholici in alteram Partem abeant; an scilicet tunc ex sola Natura Obiecti Amicabili vtriusque Partis Compositioni Palma decernenda, vel potius secundum *Viam Comitiorum*

mitiorum Ordinariam res expedienda sit? id quidem modo disquirere haud vacat; sufficit quippe de *Nomothesa Religiosa pro ratione Instituti* disseruisse.

SECTIO II.

DE

*Augustissimi Imperatoris, ac Imperii Iurisdictione,
et Executione circa Rem Religionis Germanicam.*

§. I.

LEges cuiuslibet Reipublicae duplici modo Pragmaticam Indolem sortiri, atque ad finem suum perducuntur, scilicet vel cum - vel sine Figura Iudicii. Prius fit, quoties a Iudicio quodam formato, ac ordinario Tritura Forensis, etsi hic et nunc magis Summaria, ad Normam Legalem obseruatur. Posterius contingit, quando Vi prompta Summi Imperii Legum ipsarum Executio principalissime intenditur, et Ratio informatiua circa species Casum Executioni subiectorum praeuic necessaria simplicissima Iuris Naturae, et Gentium Praecepta, quoad Veritatem indagandam, sequitur, ita quidem, vt Executio non propter Cognitionem Causae, et Sententiam, sicut in Tramite proprie Forensi vsuuenit, sed Cognitione, atque interdictum intuitu Executionis proxime exigantur.

§. II.

Occurrunt porro in generali Regimine cuiuslibet Reipublicae itidem duplicis generis Negotia praecipua, alia Status, alia Iustitiae; haec posteriora Ius quaesitum Subditorum erga se inuicem, vel etiam relatiue ad Imperantem, quoties Iure Priuatorum utitur, illa autem publicam Directionem Ciuitatis immediate respiciunt. Quemadmodum vero obiecta Iustitiae secundum Viam ordinariam expediuntur in Figura Iudicii, ita illa Status publici, cum nulla ex parte Ius quaesitum Subditorum, siue Facultatem liberam agendi, vel non agendi, sed meram obsequii Gloriam praesupponant, sine hac forma, et expedita potius Summi Imperii Potestate Executioni dantur, idque Rebus publicis plerisque sollempne, et Fini constitutarum Ciuitatum in primis conforme est; tamen generalis haec Ratio Status ab alia particulari, eaque potentiore nonnunquam vincit, et sic ipsissima Constitutiones publicae adminiculante Via dicastica, atque in forma Processus ad plenos Executionis effectus promoueri solent,

leant, impertita eum in finem *Fiscalibus*; et *Aduocatis Fisci* (quos recte *publicos Reipublicae Atores* appellaueris) *Iure experiundi* Facultate. Sane Nomothesia Germanica inter reliqua Capita *specialem* quoque *habitudinem* complectitur, vi cuius Executio Ordinationum Imperialium, quamuis immediate in Gubernationem publicam influentium, praeter *Caesarem*, et *Circulos*, quibus haec Prouincia respectiue Iure Maiestatis, et in *Vim* perpetuae Commissionis Imperialis propria est, etiam *archidicasteriis* Imperii, praecipue *Camerali*, quasi participando attribuitur. Ita Corpore *Recessuum Imperialium* passim testante Constitutionem publicam haud facile reperire licet, in cuius adcuranda Executione *Fiscalis Camerae* Officii sui in antecessum non admoneatur. Militat hanc in rem apertissime *ORD. CAM. P. II. Tit. 20. C. O. C., Tit. 21. de Caus. Fiscal.*

§. III.

Quibus praemissis dum ad *Hypothesin* propositam, (quam *Graamina Religionis*, tam *Statuum Catholicorum*, quam *Protestantium*, eorumque *Subditorum* constituunt) descendo, huiusmodi *Graamina* tum ad *Causam publicam* totius Imperii, tum, si *effectus* eorum *immediatos* inspiciam, ad *iura* quaesita *Statuum*, *subditorumque* ad se inuicem referri posse, facile assequor; vt proinde *utriusque generis Executioni* §. r. *descriptae*, scilicet et illi, quae *Figura Iudicii* haud indiget, et alteri, quae *obseruato Iuris Ordine* peragitur, peraeque *substernantur*. Et si quidem *Trituram Forensam*, eiusque *Formam*, siue *Iurisdictionem Archidicasteriorum Imperii circa Obiecta* quaestionis nostrae perpendere lubeat, illam sane in casu, quo *Pacificaciones Religiosae* sensu vere, et realiter dubio inuoluuntur, haud *fundatam esse*, sed tam diu *interquiescere*, donec *Certitudo Legalis* a *Caesare*, atque *Ordinibus Catholicis* ex *vna*, et *A. C.* addictis *Statibus* ex altera parte *Interpretatione* authentica *asserta*, et *stabilita* fuerit, res est *extra Controuersiam* posita; *iustitiam* enim *implorantibus* proprie *administrari* non posse, nisi *Ius certum*, et in *praesenti* *disquisitione* dictae *Pacificaciones Religiosae*, e quibus *Decisio* petenda est, *indubie praexistant*, tam *natura regularis* *Iudicii*, cuius *indago* praecise in *adplicatione Legum* ad *Species* obuinentes consistit, quam *ratio civilis vniuersa* cum ipso *I. P. O. art. V. §. 50, utriusque Religionis* etc. disertissime elouitur.

§. IV.

§. IV.

Quodsi autem ipsae Constitutiones religioſae clarum planumque ſenſum prae ſe ferant, ita, vt in contrarium nullaratio ſolida et conuincens militet, adeoque de *mera adplicatione Theſeos ad Hypotheſin* quaestio ſit; tunc enim vero terminos habiles, Supremorum Imperii Tribunalium Iurisdictionem firmiter ſtaminantes, a deſſe, aeque pro certo habendum eſt; ſiquidem manifeſto id Teſtimonio cameram Imperialem reſpiciente iam pridem confirmauit, confirmatque hodie R. I. de Anno 1541. §. 29. ibi:

„Und was betrifft die Acten und Proceß, ſo biſher in Religion und andern
 „geſchehen, an Unſerm Kaiſerlichen Cammer-Gericht anhängig gemacht und
 „ergangen ſeynd; derowegen biſhero Streit und Irrung geweſen, ob dieſel-
 „ben in dem Nürnbergiſchen Fried-ſtand begriffen ſeyn ſollen oder nicht?
 „dieſelben Acten und Proceß wollen wir zu Erhaltung Friedens, Ruhe und
 „Einigkeit im Heiligen Reich Deutſcher Nation, und aus Unſer Kaiſerlicher
 „Macht und Vollkommenheit, ſo lang bis das Gemein, oder National Con-
 „cilium, oder in dieſen Sachen eine gemeine Reichs- Verſammlung, wie
 „obſteht, gehalten wird, ſuspendirt, und eingeſtellt haben; wie wir dann
 „ſelbe hiemit alſo einſtellen, und ſuspendiren.

Vbi temporaria Iurisdictionis Cameralis Sufpenſio vtique eiusdem exi-
 ſtentiam ſupponit.

§. V.

Verum praefatam ſuſpentionem haud diuturnam fuiſſe, docet
Transactio Paſſauieniſis §. XI. So viel aber 2c. ibi:

„Da dann wir ſamt der Churfürſten Geſandten, erſcheinenden Fürſten,
 „und der abweſenden Botſchaften urbiertig und willig ſeyn, alle mögliche
 „Fürderung zu erzeigen, damit in den Religions-Sachen kein Theil ſich
 „des Ueberſtimmens vor dem andern zu befahren 2c. 2c.

Qui §. denuo ſupponit, camerae Imperialis Iudicium absque vltiori
 Iuſtitio Vigore priſtino Iurisdictionali circa *Obiecta quaestionis* reſtitutum
 fuiſſe.

§. VI.

Generale in rem praesentem, adeoque ad *Species nostrae indaginis*
 haud dubie excurrens Argumentum ſuppeditat *Ord. Cam. P. II. Tit. 27.*
C. O. C. Tit. 30. ibi:

„Weiter ordnen, ſetzen, und wollen Wir, daß alle, und jede Perſonen,
 „und

„und Sachen, die der Kais. Jurisdiction ohne Mittel unterworfen, und
 „durch sondere Austräge dieser Ordnung, oder andere Privilegien, Frey-
 „heiten, Gewillkühr, und rechtmässige Gewohnheiten nicht ausgenommen
 „seynd, an Unserm Kaiserl. Cammer-Gericht fürgenommen und gerecht-
 „fertigt werden sollen.

Concordat I. P. O. Art. V. §. 53. *Praeterea cum etc. ibi:*

„Caesarea Maiestas mandabit, vt non solum in isto Iudicio Camerali
Causae Ecclesiasticae, vt et politicae - - - - discutiantur et iudicentur;
 „sed idem etiam etc.

Quibus omnibus rationem maxime practicam superaddit *Rescriptum*
Caesareum de dato Layenburg 31. Maii 1721. ad Collegium camerale expe-
 ditum, vi cuius *Decisio Grauuminum Religionis*, quouis modo possibili ma-
 turanda, eidem serio iniungitur. Euolu. *FABRI Staats-Canzley Tom. XL.*
 C. XI. N. II,

§. VII.

Neque hic dubium est de Jurisdictione Iudicii Imperialis Aulici,
 quippe quae generatim adstruitur in *Ord. Diët. Consil. de Anno 1654.*
 Tit. II. §. I. ibi:

„In Unserem Reichs-Hof-Rath sollen alle, und jede Sachen, das
 „Heilige Römische Reich, desselben Hochheit, Recht, Herrlichkeit, Ge-
 „rechtigkeit, Pfandschaft, Lösung, Regalien, hohe und niedere Lehen,
 „Privilegien, Indult, Confirmation, und anders, wie solches Na-
 „men haben mag, und in Summa, was nach der unfehlbaren Iustitien
 „dirigirt, und decidirt werden solle, - - - allda angenommen, gerecht-
 „fertigt, darüber erkennet, und die Nothdurft ausgefertigt werden.

Quibus gemina continet I. P. O. art. V. §. 53. *Praeterea cum etc. ibi:*

„Sed idem etiam in Iudicio Aulico obseruetur, etc.

Sicut enim Textus Nomotheticus ad Tenorem praecedentem se se re-
 fert, ita Augustissimi huius Tribunalis diiudicationi *Causae Ecclesiasticae,*
vt et Politicae subiiciuntur.

§. VIII.

Porro vtriusque Archidicasterii Imperialis *Juridictio circa Causas Re-*
ligionis praesidium amplius reperit in I. P. O. art. XVII. §. 4. seqq. R. I.
 N. §. 193. ibi:

„Wir setzen, und ordnen, daß kein Stand gegen den andern, oder
 „dessen

„Dessen Land, und Leut, oder auch gegen seine eigene Untertanen, und
 „Bürger in Religions Sachen wieder den Friedens = Schluß mit Ge-
 „walt, und eigenmächtiger Beginnung das geringste nicht attentiren, oder
 „vornehmen, sondern ein jeder dasjenige, was er vermeint, das ihm ge-
 „bühre, mit gehörigen Weg Rechtens suchen, und denen, so darwies-
 „der beschwert würden, auf Begehren Mandata Inhibitoria gehöriger Or-
 „ten ertheilet, und vollzogen werden sollen.

Atque his Sanctionibus Documentum practicum adiungit FABRI Staats-
 Canzley Tom. XXXVI. C. 12. N. 56. pag. 456. et 468., vbi in *Decreto Com-*
missionis Caesareae, Imperator definitiuam causarum Religionis in Archi-
 dicafteriis pendentiis determinationem se promoturum spondet. Cae-
 tera copiosam huiusmodi causarum segetem Acta iudicialia praecipue *Iu-*
dicii Imperialis Aulici passim subministrant.

§. IX.

Quod vero grautis aduersus Pacta publica Religionis quoad The-
 sin Legalem clara, et certa (§. 3.) praeter Recursum ad Suprema Archi-
 dicafteria comparata etiam sint promptae Executionis remedia, atque
 hinc alterutrum refugii genus ipsorum optioni fere relinquatur, graphi-
 ce inculcant I. P. O. art. XVI. §. 2. seqq. *Edict. Exec., Art. Mod. Exeq.*
duo Recess. Exec. de Annis 1649., et 1650., quarum Constitutionum iussu
 Pragmatico Omnes et Singuli, siue Status, siue Communitates, siue Pri-
 uati, siue Clerici, siue Saeculares, qui *vigore TRANSACTIONIS OS-*
NABRVGENSIS ad restituendum, cedendum, dandum, faciendum,
 aut aliud quid praestandum obstricti sunt, sine vlla Tergiuersatione, vel
 Oppositione Clausulae saluatoriae, siue generalis, siue specialis alicuius
 in Amnestia positae, aut quacunque alia exceptione, itemque sine noxa
 aliqua, omnia, ad quae obligantur, restituere, cedere, dare, facere,
 et praestare tenentur, ita quidem, vt, emergente praeter spem, et ex-
 spectationem Casu Morae *paratissimae Executionis incommodis* subiiciantur.

§. X.

Quid quod ea Terminorum Executionem vrgentium Emphasi, et
 Energia allegatae Sanctiones publicae instructae atque munitae sunt, vt
 praeuia causae cognitio, vtpote quae *Executionis accelerationem* aliqua-
 tenus saltem sufflaminare potest, prima fronte minime necessaria videa-
 tur. Verum sicut in adplicatione huiusmodi Legum practica Dicaealo-
 giana

giam Forensem ordinariam haud obtinere, facile largior (§. 1.,) ita in Negotio actualis Executionis omnis plane cognitio, etiam summaria, excludi nequit. Non equidem diffiteor, TABVLAS OSNABRVGENSES Art. XVI. §. 2. seqq. vti et *edictum executionis FERDINANDEVM*, dum promptam singulorum Capitum Executionem rigoroſe iniungunt, nullam de *praeuia causae* *Cognitione* mentionem regulariter iniicere; quia tamen Grauamina Religionis, vtut Theſi Nomothetica luculenter comprehenſa, perſaepe quoad factum illiquida, et variis, quas adſtruit vna, pars vero altera negat, circumſtantiis inuoluta, atque intricata eſſe ſolent, idcirco aliqua, prout quidem ſimplicitas Iuris Naturae in ordine ad indagandam Veritatem poſtulat, Cognitio, aliqua rationum probatoriarum diſcuſſio minus ſollemnis non praecedere non poteſt. Et huc collinare videtur *Clausula Arctiori Modo exequendi adiecta*:

„ - - - - Und in Summa alles daſienige, was verglichen, vollſtändig exequiren, dergeltalt, daß einige Exceptiones wieder die Execution nicht gehört, noch beobachtet, im Fall aber ſuper facto poſſeſſionis einige Dubia von ſonderbarer Erheblichkeit vorfielen, dieſelbſt ſummariffime alsbald in loco Executionis erörtert, ſonſten aber einige andere dem Inſtrumento Pacis zu wiederlaufende nicht zugelaffen werden ſollen &c.

§. XI.

Atque hoc amplius euincitur ex *Receſſu Principali executionis* de Anno 1650. §. 23. ibi:

„Nemlich und erſtlich die Reſtitution ex Capite Amneſtiae, et Grauiaminum unter Chur-Fürſten, und Ständen des Reichs, auch derofelben und des Reichs, Angehörigen betreffend; ſo haben die zu dieſem Punto Reſtitutionis deputirte Stände ex vtraque Religione, anſtatt der hieſigen Lit. A. bemerkter Liſta, einen gewieſenen Auffatz, und Deſignation, was für Caſus in jedwederm hernach beſtimmten Termino zuerörtern, und nach Ausweiſung des Inſtrumenti Pacis, dem Arctiori Modo exequendi, ab einverleibtem Praeliminar-Receſſ, und dieſem Haupt-Receſſ gemäß, zu exequiren, verglichen, aufgericht, geſchloſſen, und allerſeits beſiegelt, und unterſchrieben; und ſollen demnach ſolche darinn begriefene, und bereits decidirte, auch fürſig von den Deputatis intra tres Menſes erledigende Caſus, auf die beſtimmte Zeit ordentlich exequirt werden &c.

§. XII.

§. XII.

Pleniorem Assertioni Lucem accendit RECESSVS EXECVTIONIS PRIMVS de Anno 1649., dum §. 3. ita disponit:

„So dann Chur-Fürsten, und Stände des Reichs betreffend, verbleibt es darbey, daß in dem Puncto Restitutionis ex Capite Amnestiae, et Grauaminum - - - die Casus liquidi ab illiquidis zu separiren, und dergestalt zu sorderksamster Richtigkeit zu befördern, daß die Casus liquidi, welche entweder in dem Instrumento Pacis specialiter, und mit Namen ausgedruckt, oder doch unter denen Regulis generalibus unuerneinlich begrieffen, sonderlich was in der Nähe, und Kürze der Zeit halber ohne das leichtlich abzurichten ist: Als nemlich, die in beyliegender Designation Lit. A. specificirte, noch vor dem ersten, andern, und dritten Termino Exaustorationis, et Euacuationis erörtert, und exequirter - - - - werden sollen.

Tenor §. 4. hic est:

„Die übrige aber, weil propter multitudinem, et diuersitatem Casuum, difficultatem Probationum, und distantiam Locorum, alles in so kurzem Termin nicht möchte können expedirt werden, von Dato dieses Reccessus Schluß an, innerhalb nächst folgenden dreyen Monaten ebenfalls zur Richtigkeit, und Execution gebracht, und alles dergestalt ohne Vorbehalt, Limitation, oder Remission ad Petitorium vollzogen werden solle, daß keiner, der explicite, oder implicite darunter begrieffen, sich alsdann zu beklagen haben möge, alles nach Inhalt des Instrumenti Pacis, der hierüber ins Reich publicirten Kaiserlichen Edicthen, und darinn in Euentum contra Morosos, et quocunque modo Renitentes verordneter unausbleibender, und ohne Ansehung der Personen vorzunehmender Strafen.

§. XIII.

Quibus Omnibus prolixam Confirmationem addit R. I. N. S. 191. ibi:
 „Den zweyten Puncten Unserer Kaiserlichen Proposition, und darunter die Casus Restituendorum ex Capite Amnestiae, et Grauaminum anfangend, da wäre Uns sehr Lieb gewesen, wann diese derentwegen noch obschwebende Strittigkeit in Unserer Gegenwart gleich andern mehr, auch zu wirklicher Abhelf- und Vergleichung hätte gebracht werden können; Sintemalen aber die Natur und Eigenschaft derselben solches bey jedem
 K „Cassa

„Casu in Particulari, sonderlich wo ein und ander Theil mit seiner Noth-
 „durft und Berveisthum allererst gehört muß werden, nicht erleiden wollen;
 „So haben Wir Uns mit Chur-Fürsten, und Ständen dahin verglichen,
 „daß dieser ganze Punct auf einen Ordinari Deputations-Conuenc nachher
 „Unser, und des Heiligen Reichs Stadt Frankfurt gegen nächstkünftigen er-
 „sten Octobris dieses Jahrs anzufahen, soll verwiesen werden, massen Wir
 „denselben auch Kraft dieses hiemit dahin remittiren, und verweisen, derges-
 „talt und also, daß in dem Churfürstlichen Collegio, und zwischen den dreyen
 „Augspurgischen Confessions-Verwandten und Protestirenden Churfür-
 „sten, ein viertes unter ihnen alternirendes Votum, vor dißmal (weil in den
 „künftigen prorogirten Comitiiis weiter davon zu reden) bey demselben De-
 „putations-Tag, keineswegs aber bey einiger anderwärter Reichs-Ver-
 „sammlung, Churfürstlichen Collegial- und Wahl-Tag statt haben: und
 „mithin die von Uns jüngsthin unterm 21. Aprilis vorgeschlagene Sub Depu-
 „tation gefallen seyn, und die Ordinari Deputirte (darzu Wir unsere Kais-
 „serliche Commissarien insonderheit verordnen wollen) denselben Punctum
 „ordentlich, und zwar diejenige Fall, welche unter den Catholischen, und
 „Augspurgischen Confessions-Verwandten haften, alternatim fürnehmen,
 „und deshalb in cognoscendo, decidendo, et Executionem decernendo
 „vollkommenen Gewalt haben sollen; Massen auch Wir erbietig seyn, die
 „Execution dessen, was sie erkennen werden, denjenigen, welchen es vermög
 „des Instrumenti Pacis, und des Arctioris Modi exequendi gebühret, und
 „erst-gemeldte Ordinari Deputation erkennen wird, ohne einigen Aufent-
 „halt, und ohne fernere Cognition allergnädigst anzubefehlen, und wirklich
 „verrichten zu lassen; Es sollen sich aber in Casibus liquidis die Deputati in
 „Cognitione nicht aufhalten, sondern dahin sehen, damit dieselbe ohngesäumt
 „exequirt werden, in illiquidis aber soll den Partibus frey und anheim ge-
 „stellt seyn, ob sie sich persönlich, oder durch ihre Anwälde hinc et inde gegen
 „einander eingebende Memorialia, und Schriften bey der Deputation wol-
 „len vernehmen lassen, zusehenderst aber sollen die erforderte Requisita Restitu-
 „tionis, und daß der Casus dem Instrumento Pacis, Kaiserlichen Execu-
 „tions-Edict, Arctiori exequendi Modo, Nürnbergischen Recess, oder in
 „denen Fällen, so durch den Friedens-Schluss nicht geändert, dem Religions-
 „Frieden gemäß, consequenter ad punctum Restitutionis ex Capite Am-
 „nestiae, vel Grauaminum qualificirt seye, bewiesen werden; die Casus du-
 „bious

„blos aber, und welche allererst ex Instrumento Pacis ihre Interpretation haben müssen, betreffend, da soll vor allen Dingen versucht werden, ob man sich darüber in der Güte vergleichen könne &c. &c.

Euolu. insuper FABRI Staats-Canzley Tom. XXXV. C. 3. N. 7., Tom. LXI. C. 5., vbi plura in rem praesentem Documenta Suprema Auctoritate Imperiali munita occurrunt.

§. XIV.

Quae Doctrina ex genuinis hucusque fontibus deducta vti Supremis Archidicasteriis Iurisdictionem circa Causas quaestionis suo modo competentem probe adstruit, et pro diuersitate circumstantiarum, quibus vt plurimum dubiis Graua mina Religionis, quamuis caeteroquin in Lege specialiter expressa, abundare solent, Cognitioni saltem summariae locum praeclare vindicat, ita eadem vtut Nomothesiae Imperiali conformis A. C. Statibus non adeo accepta videtur; siquidem illi dudum, Actis Publicis id manifestantibus, vtriusque Archidicasterii, praecipue Imperialis Aulici, Processus in huiusmodi Graua minum materie auersati fuere. Neque magis Deputationes Imperii extraordinarias, ipsasque Commissiones Caesareas (Kaiserliche Untersuchungs-Commissionen) ad examinanda, et dirimenda eadem Graua mina adhuc propositas, tametsi in Constitutionibus Imperii itidem luculenter fundatas, probasse censentur; cum potius Commissiones Circulares ad mere exequendum comparatas nullo non tempore effictim sollicitauerint FABRI Staats-Canzley Tom. X. C. I. N. 3., Tom. XV. C. I. N. 7., Tom. XXII. C. I. N. 1., Tom. XXXVII. pag. 679., 693. lqq., Tom. XLII. pag. 469., Tom. XLVIII. C. 9. N. 4., Tom. LX. C. 16. in Sachen Eichstädt contra Brandenburg-Dnolsbad, die Treuchtlingische Commission betreffend, Tom. LII. C. 7. N. 1., Tom. LXXVI. C. 4. N. 2. Vbi tamen obseruandum, quod laudati ORDINES PROTESTANTES summarissimam saltem Cognitionem necessariam esse, inficiari haud potuerint, licet eandem circa nudam probationem verisimilem (quam eine ledigliche Bescheinigung vocant) occupari subinde asseuerarint. Vid. cit. Tom. XLVIII., LXXVI.

§. XV.

Argumenta, quibus sua desideria suffulciri A. C. Status existimant, potissima ex parte refert idem FABER Tom. XXXIX. pag. 467., vbi exhibet scriptum aliquod sub Rubrica:

„Modus procedendi in Causis Restitutionum ex Instrumento Pacis

Westphalicae quarundam Legationum Euangelicarum praescitu in-
pressus Anno 1720.

Abeunt autem huiusmodi Argumenta summatim in tria Capitula tuer-
tur siquidem

I) Vnicum, solumque Transactionis, Osnabrugensis, Restitutionis,
Observantiaeque futurae Fundamentum esse Possessionem (sic prima la-
nuarii Anno Millesimo Sexcentesimo Vicefimo Quarto habitam, ita qui-
dem, vt A. C. addicti posthac in habita, vel recuperata Possessione nullo
modo turbari queant, sed ab omni persecutione Iuris, et Facti perpetuo
tuti sint, nec vsquam contra dictam Transactionem in Petitorio, aut Posses-
sorio, seu Inhibitorio, seu alii Processus, vel Commissiones vnquam de-
cerni valeant, cum Restitutio ex Capite Amnestiae suo modo, et ex Ca-
pite Grauaminum simpliciter fieri debeat plenarie, et pure, omnino abs-
que mora, et insincte sine vlla exceptione, reductione ad Statum Anno-
rum Normalium 1618., et 1624. regulariter in omnibus adcuranda. Qui-
bus assertis dum *Phraseologiam vltiorem Terminis energicis praegnantem ad-
dunt, prouocant ad I. P. O. art. V. §. 2. 14. 15. 25. 32., art. XVII. §. 3.*

II.) Adstruunt in *Materia Grauaminum Religionis*, quae ab A. C. Ordi-
nibus, et Subditis aduersus Catholicos ad Comitata hucusque delata fuere,
agi de solis factis possessionum, eaque ad praefatam vtriusque Terminum a
quo Cynosuram abscisse respicere, huic autem

III.) Aequae in *Tabulis Osnabrugensibus* art. XVI., XVII., ac in *Edicto
Executionis*, Arctiori Modo exequendi, et Reecessibus Executionis de ef-
ficaci paratissimae Executionis remedio passim prospectum esse.

§. XVI.

Ad haec quid Catholici reponant, §. subsequens docebit. Hic
ad animaduertendum in antecessum, Executionem Iustitiae Ciuibus, ac
Subditis alicuius ciuitatis administrandae ex Iure et Facto legaliter pro-
bato, tanquam duplici scaturigine praecipua, deriuari. Et *Ius* quidem tam
in prima sui Constitutione, quam in permanente Statu pragmatico, a *Pru-
dentia directrice Legislatoris*; siue is, pro diuersitate Ciuitatum, Personam
vel physice vel moraliter vnam exhibeat, adeo indiuidua Connexione
proficiscitur atque dependet, vt eidem, ita exigente bono pub-
lico, *Ordinarias Iuris Communis Aequitatisque Regulas* vel alterandi, vel etiam
in Respectu ad certum Negotiorum ciuiliu genus ab *applicatione practico
plans*

plane remouendi facultas non possit non competere. Ita equidem ante tempora Pacificationis Osnabrugensis Arbitribus Imperialibus in Ordine ad causas Religionis cognoscendas, diiudicandas, atque executioni mandandas Normam suscepisse a *Pactis, Transactionibus, Rebus Iudicatis, Litis pendentibus, aliisque Iurium communium Principiis*, extra omne dubium est. At vero, sicut haec Nomothesia, et inde resultans procedendi methodus fini Tranquillitatis publicae restabiliendae minus sufficere, potius fomitem perpetuum vlterioribus motibus suppeditare, A. C. Statibus visa, ac *Communi Partium Placito* in vtraque Transactione westphalica abolita est; ita aliam rei in futurum expediendae rationem, Legemque substituere, iisdem compaciscentibus placuit. Ita autem versati sunt in *nouo Iure surrogando* IMPERATOR, *Ordinesque Catholici* ex vna, et *A. C. Status* ex altera parte, vt in eo Negotio vel simpliciter et illimitate procederent, vel certas Circumstantias, praecipue annorum 1618. 1624. pro Cynosura determinatiua eligerent: quod vtrumque punctum vtramque in *Tabulis Pacti Osnabrug.* paginam absoluit.

Quod vero ad *factum, eiusque Probationem legitimam* attinet, non equidem ignoro, Remedia probatoria ita comparata esse, vt, licet pleraque quoad substantiam sint Iuris Naturae et Gentium, Arbitrio tamen, et Determinationi Legislatoris in Statu Civili quoad Modum, Formamque pragmaticam relinquenda merito videantur; nihilominus, si ab hoc arbitrio certum causarum genus adeo sublimari posse contendas, vt nulla plane Partis contradicentis Exceptio, vtut *naturali indagine Veritatis Normae* accommodata, audienda sit, id ipsum est, quod Iuri Naturae, Publico Vniuersali ac Gentium forsitan non probatur.

§. XVII.

His praemissis Protestantium argumenta facile resoluuntur.

Ac primum quidem vna cum locis citatis de Iure Pacis Westphalicae in sensu suo reali certo, ac indubio abscisse intelligendum est. Contra hoc Ius certum nullam Exceptionem quocumque demum alio Iuris Titulo munitam, vnquam allegandam, audiendam, aut admittendam esse; contra hoc Ius nusquam seu Inhibitorios, seu alios Processus, vel Commissiones in Petitorio, aut Possessorio, decernendas, sed potius ad Normam huiusce Iuris certi promptissimam absque vlla mora, eamque plenam Restitutionem iniungendam esse, omnino largior, dummodo *factum* pariter

pariter certum concurrat, et Grauamina A. C. addictorum, (prout *Secunda Antihesi* innuit) vel ex propria Confessione Partis aduersae, vel per Viam legitimae Cognitionis vera deprehendantur; quousque enim illa in contradictorio versantur, locum sibi vindicare nequit *promta Executio*, quam tanta contentione.

Tertium Argumentum vrget; siquidem illa in posito casu ad hoc, vt rite decerni, ac peragiqueat, praeciam adplicationem practicam Iuris ad factum necessario requirit.

§. XVIII.

Maius forte Robur Protestantium sententiae conciliare videtur *Capitulatio Nouissima*, vtpote cui Art. I. §. II. *noua plane*, circa praesens disquisitionis obiectum, *Constitutio Tenoris sequentis* inserta est:

„Wo auch selbige sich gegen das Instrumentum Pacis, Nürnbergis schen Executions Recels, Arctiorem Modum exequendi, und andere Reichs Constitutiones beschwert zu seyn erachteten, sollen und wollen Wir Uns auf ihre deren Augspurgischen Confessions-Verwandten Churfürsten, Fürsten und Ständen (die Reichs-Ritterschaft mit einbegrieffen) samt oder sonders an Uns thuende Vorstellungen, ohne allen Anstand, obgedachten Reichs-Grund Gesäzen gemäsz, entschliesen, so fort Unsere Entschliesung denenselben zu wissen thuen. solche auch ohngesaumt zum wirklichen Vollzug bringen, keines Wegs aber in Causis Religionis Procelle verstaten, sondern darunter lediglich oberwehnten Reichs-Grund- Gesäzen nachgehen, nicht weniger daran seyn, damit die bishero angebrachte, zur Zeit noch unerledigte Religions- Beschwerde des forderfamsten Reichs- Gesäz- mässig abgethan werden; Wie Wir ihnen Churfürsten, und sämtlichen ihren Religions-Verwandten, ein gleiches aber auch jenen der Catholischen Religion Kraft dieses Versprechen, und Uns hiermit zu einem wie anderm verbinden.“ *Quae Constitutio* supponit

I.) Ordines A. C., vel Catholicos contra Sanctiones in §. cit. expressas a Statibus heterogeneae Religionis de facto praegravatos, tollendi Grauaminis causa, AVGVSTISSIMVM IMPERII CAPVT implorare.

II.) Suppositis hisce Facti terminis *Legem* dicit, vi cuius Resolutio, ac Decisio Caesarea diuis Sanctionibus publicis sollicitate, non tamen in *Figura Iudicii*, aut *Forma Processus* attemperata, absque mora adcuranda, grauat

uatis intimanda, promptaeque Executioni mandata est.

§. XIX.

Sicut autem ex tenore Verborum:

„Keines Wegs aber in Causis Religionis Prozesse verstaten ze colligere proum est, quod Grauamina Religionis Catholicos inter, et A. C. Status, vel Subditos posthac emanantura Supremorum Imperii Tribunalium Cognitioni, ac Diuidicationi non amplius subiecta sint, quum *Ordinationes Archidicastricae* methodum procedendi vel Forensium Ordinariam, vel, pro diuersitate Casuum, saltem Summariam, in Textu nostro speciatim exclusam, tanquam Normam commendent, atque praescribant; ita in Casu, quo Grauamina ratione indolis suae in Constitutionem publicam vere et realiter dubiam incurrunt, prout I. P. O. exempla satis frequentia suppeditat, haud dubie statuendum videtur, promptam Executionem aduersus imploratos ab Imperatore tam diu suspendendam esse, donec Augustissimus, et Ordines Catholici ex vna, et Protestantes Status ex altera parte, Thesis iuris controuersam ad Votum implorantium Nomothesia certa dilucidauerint. Innuit hoc vel ipsa *Capitulatio Nouissima* loc. cit. vers.

„Sollen und wollen Wir Uns ze Obgedachten Reichs Grund Gesetzen (intellige I. P. O. EDICT. EXEC. etc.) gemäß, entschliessen;

Neque enim alios, quam *indubia* *Decisione* radiantes *Pacificationum* *Religiosarum* *Articulos* *Versus* *quaestionis* *indigitat*; vt adeo Imperatoris *Resolutio* *ex* *iure* *dubio*, atque *illiquido* (*repugnante* *quippe* *Natura* *Rei*, *reclamante* *I. P. O. art. V. §. 50. vtriusque Religionis etc. art. VIII. §. 2. gaudeant* etc.) emanare nequaquam possit; exploratum siquidem est, quod *Constitutiones* *Imperii* *et* *Religiosas*, *et* *Politicas* *authentice* *interpretandi* *facultas* *soli* *Imperatori* *haud* *competat*; atqui in affectu ipsi *competeret*, si *Grauamini* *Status* *vel* *Catholici*, *vel* *A. C. addicti* *ambiguam* *Legis* *Publicae* *Positionem* *ingredienti* *paratae* *Executionis* *Brachium* *opponere*, atque *illud* *hac* *ratione* *tollere* *valeret*. Num porro ad decernendum hoc *promptae* *Executionis* *Imperatoriae* *remedium* *intuitu* *Grauaminum* *Religionis*, *quae* *in* *Pacificationibus* *Religiosis* *expresse* *fundata* *sunt*, *vel* *plena* *causae* *Cognitio*, *vel* *verisimilis* *factorum* *probatio* *praerequiratur*, an vero *nuda* *eorundem* *allegatio* (quo *Capitulatio* *Nouissima* *loc. cit. collimare* *videtur*) *re ipsa* *sufficiat*? *id non* *privatae* *discussionis*, *sed* *altioris* *indaginis* *est*.

CAPVT IV.

DE

IVRE PRINCIPIS CATHOLICI CIRCA SACRA
AVGVSTANAE CONFSSIONIS.

SECTIO I.

DE

*Iure Augustissimi Imperatoris, et Imperii circa
Sacra Augustanae Confessionis.*

§. I.

IN PACE OSNABRVGENSI vnanimi Caesareae Maiestatis, omnium-
que Ordinum Imperii consensu, placuit, vt quicquid Iuris aut benefi-
cii, cum omnes aliae Constitutiones Imperii, tum Pax Religionis, et
praecipue Transactio Publica Osnabrugensis, in eaque Decisio Grauiam-
num caeteris Catholicis, et Augustanae Confessionis addictis Statibus et Subdi-
tis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere de-
beat. Ita d. P. Art. VII. §. I. disertis verbis sancit; non initio, in Pace Reli-
gionis Augustana A. MDLV. Compositio ad Catholicos, et Augustanae
Confessionis strictae sumtae addictos vnice restricta fuerat. Id quod ex eius-
dem Pacis Religiosae §. 4., In Editione Schmausiana §. 17. ad oculum patet.
Vtrum vero per Instrumenti Osnabrugensis verba:

„Qui inter ILLOS Reformati vocantur, sic dicti Reformati Au-
gustanae Confessionis consortes declarentur?
quaestio est, quae teste HENNIGESIO in *Medit.* ad hunc locum magnae,
et impeditae contentionis materiem praebuit, Reformatis quidem *To inter
illos ad Status Augustanae Confessionis addictos, Lutheranis vero ad paulo supe-
riora, vt Catholici etiam subintelligantur, diuersa explicatione referenti-
bus. Quae tamen lite successu temporis deseruescente vtriusque Religio-
nis toleratae Status scriptis publicis sibi inuicem Augustanae Confessionis
Nomen iam suo tempore communicasse, seque Socios Augustanae Confessio-
nis ex VTRAQUE PARTE: Der Augspurgischen Confession Verwandte
te Stände zu beeden Theilen, adpellasse, idem HENNIG. loc. cit. obseruat,
Hodie Controuersia haec in Capit. Nouiss. art. II. §. 3. vi Parentheses:*

„M

„Als nach dessen Inhalt all dasjenige, was denen Catholischen, und Augspurgischen Confessions-Verwandten Ständen, die dieser Religion zugethane Freye Reichs-Ritterschaft mit eingeschlossen, auch denen allerseitigen Unterthanen zu Gutem in gegenwärtiger Capitulation verglichen und verordnet worden, ebensals denenjenigen, welche unter diesen Reformirte genennet werden, zustehen, und zustatten kommen solle, „

plane decisa videtur, consequenter Augustanae Confessionis Nomine utraque Religio tolerata a Religione Antiquissima Possessionata (*quae Catholica est*) heterogenea haud dubie venit. Atque *tergeminus hic Cultus* in Imperio Romano-Germanico *in dubia Protectione Imperiali* fruitur. Sed sunt, qui insuper Cultum aliquem quartum a Dominis Territorialibus introduci posse, sibi persuadent, dum art. VII. eiusque §. 2. dispositionem circa finem:

„Sed praeter Religiones supra Nominatas (Catholicam nimirum, et Augustanam Confessionem, prout haec posterior hodie tam Lutheranos, quam Calvinistas complectitur) *nulla alia in Sacro Imperio Romano recipiatur, vel toleretur,* „

huic introductioni minime obstare, ex eo euincere conantur, quod quidem dicta Constitutio respectu Subditorum indiscriminatim prohibitiua sit, non aeque intuitu Dominorum Territorialium, quibus idcirco Facultatem, atque Libertatem, Cultum aliquem quartum in Territoriis suis stabilendi, saluam, et integram manere, contendunt. Verum Textus importat vim prohibitiuam, nullo inter Dominos, et Subditos formato discrimine, atque hinc utique *generaliter* intelligendus, quum particula *SED relativa* sit ratione subiecti: Sicut igitur *vi antecedentium* cit. art. VII. permissio Exercitii Calviniani et Dominos Territoriales, et eorum Subditos aequaliter respicit: ita prohibitionem subsequentem Cultus alicuius quarti generalem esse oportet, adeo quidem, vt *neq priuatum exercitium eiusmodi Nouatoribus* indulgeri queat; siquidem huic rursus tum Prohibitio Vniuersalis I. P. O., tum Nomothesia Imperialis anterior, quam R. I. de Annis 1529. §. 6. Nachdeme auch fürzlich 1530. §. 8. Folgendes haben Uns 1535. in Prooem. iuculenter repraesentant, quaeque a Pacificationibus Religios, et aliis Imperii Sanctionibus neuiquam abrogata est, omnem omnino viam praecludunt.

§. II.

Quaestionem de *Seçta adaequate diuersa a tribus Imperii Religionibus* excipit altera: an scilicet illa Iure Protectionis Imperialis fruatur, quae vltima Doctrinam Lutheranam, vel Calvinianam progreditur?

Casus triplex formari potest:

I.) Si quis vel cum Lutheranis, vel Calvinistis in *Articulis pluribus* conueniat, de reliquo autem *vnam, alteramue Doctrinam in substantia* diuersam profitetur.

II) Si quis integrum Systema alicuius *Seçtae plane extraneae*, aut saltem illius potissima Capita tenet, aut Religionis plane nouum Opus, et haectenus forte inauditum (prout *viis innumeris a Veritate aberrari potest*) sibi efformat, admiscens aliquid ex *Luthero*, aut *Caluino*, vt sub externae Professionis Schemate securus delitescat; et demum

III.) Si quis alia principia ex Religione Catholica, alia ex *Luthera- no*, et rursus alia ex *Caluiniano Cultu* adsciscens sibi peculiarem fidei formulam effingat. Responso facilis est, huiusmodi enim *Neo-Confessionistae* beneficia Instrumenti Pacis nullatenus competunt, quandoquidem nec *Catholicus*, nec *Lutheranus*, nec *Caluinista* dici potest. Quoad Religionem Catholicam res in aprico est, quippe quae in indiuisibili consistit, et qui vel in minimo *Articulo* dissentit, eius membrum haberi nequit. Deinde licet *A. C.*, et *Cultus Calvinianus* forte in obiecto ita indiuiduo non fundentur, ac in vno alteroue puncto diuortium permittatur, pariter tamen non consistunt in *Articulis credendi vt singulis*, sed innuunt *Corpus credendorum*, quousque saltem omnes vtriusque *Cultus* focii certo concordant. Atqui *Confessionista* quaestionis nec Religionem Catholicam, nec *Cultum A. C.* nec *Caluinianum* in *Corpore*, et *complexu integro* profitetur, consequenter merito *specie quartae Seçtae* adpellandus.

§ III.

Itaque non dubito, quin *Seçta* eiusmodi quarta in casu, quo *Dominus Territorii* eandem expellere negligit, aut plane eidem fauet, exterminari debeat ab iis, quibus *Cura*, et *Executio Legum publicarum* incumbit, nempe vel *a Caesare solo*, decernente eiusdem *Iudicio Imperiali Au- lico*, vel ab eo, et *reliquis Ordinibus coniunctim per substitutum Camerale Iudicium*, cuius *Iurisdictio* se procul dubio ad obiectum quaestionis extendit; Vid. *R. I. N. §. 6. Sehen demnach ic. BLVM in Process. Camer. Tit. XXX. de Caus.*

Caus. Fiscal. §. VIII. Denuntiantis autem, et Actoris vice vti in hoc, ita et in reliquis Negotiis publicis homogeneam rationem habentibus fungi solet alteruter Fiscalium Caesareorum, quibus hanc Prouinciã in vtroque Archidicalterio Supremo demandatam esse, iam supra Cap. III. Sect. II. §. 2. me obseruasse memini. Interim *pro modernis rerum, temporumque Circumstantiis*, occurrente huiusmodi Casu, Iudicium Imperiale Aulicum Auctoritatem suam forte facilius interponet, quam Camera Imperialis Plura circa hanc rem *Sectio subsequens* enodabit.

§. IV.

Redeo ad Sacra in Imperio vsitata, vbi *prima quaestio* occurrit: vtrum res Ecclesiasticae A. C. Supremae Imperatoris, et Imperii Iurisdictioni subsint? Affirmatiuae quoad obiecta non intrinsece Ecclesiastica, sed Ecclesiasticis certo tantum modo connexa, aut occasione eorundem suborta (si v. g. de nudo factõ, aut possessorio, si de reparanda nullitate insanabili agatur, vel in ordine ad excitandam, promouendamque alicuius Dicasterii Territorialis Iustitiam imploratio fiat) recentissima Iudicii Imperialis Aulici praxis diserte adstipulatur. Vid. CRAMER Dissert. *de Caus. Consistor.* Cap. 3. Quod ipsum et de rebus Protestantium Ecclesiasticis, quatenus de intrinseca earundem secundum principia A. C. instruenda discussione res est, asserere non reformido; cuiusque demum ex opinionibus supra Cap. I. Sect. I. §. 4. seqq. relatis A. C. Doctores *de Iure suo circa Sacra* solliciti subscribant; Prima enim aegre, aut nullo modo pragmatica, et applicabilis existit, prout eiusd. Sect. §§. cit fusius demonstrant.

§. V.

Qui *secundam*, quae ius aliquod Papale, aut Episcopale Statibus A. C. additis attribuit, sententiam propugnant, illi, sicut docent, temporibus primis Imperii Romano-Germanici, integris tum Maieftatis Imperialis Iuribus, eam conditionem Episcoporum extitisse, vt, licet pro Auctoritate sua Statum Dioecesanum immediate ordinauerint, in Imperatoribus tamen superiorem etiam quoad Sacra imperandi Potestatem nullo non tempore venerati fuerint; PFEFFING. ad. VITRIAR. Lib. 3. Tit. 2. §. 8. *ad Ecclesiastica* etc., vbi Thesis tam rationibus intrinsecis, quam exemplis sufficienter sibi solidasse videtur; ita ex hac ipsa positione vel inuiti concludant, necesse est, Ius circa Sacra A. C., si in effectu suo reali profacul-
tate

tate Episcopali, vel quasi tali accipiatur, etiamnum *altiori Principio directivo* substat, confer §. 7. subsequentem. Quae Civilis Subordinatio Iuris circa Sacra ab iis quoque agnoscenda est, qui memoratum Ius Ipso parte subiectiua, et intrinseca Iuris Territorialis habent; HENNIGES. in *Meditat. ad I. P. O. art. VIII. §. 1. Vers. Libero Iuris Territorialis tam in Ecclesiasticis, quam Politicis exercitio* etc. Militant sane inuictissima hanc in rem argumenta; Status enim Imperii totum complexum Iuris Territorialis, omnia, et singula Regalia, ac Praerogatiuas in regula a Caesare, et Imperio recognoscunt, eidem vel vinculo homagii, aut purae subiectionis Civilis, si mera allodia, vel insuper Clientelari, si Feuda Imperii possideant, adstricti. Atque ab hac regula saepe fatam Potestatem circa Sacra nec aliqua *Lex publica, nec Observantia Imperii certa* excipit, vt per se expeditum videtur, nec *intrinseca eius qualitas, et habitudo*, vtpote quae subordinationem Civilem non adeo refugit, nec porro *modus acquisitionis originarius*, eandem e nexu Ciuili ordinario emancipant, etsi enim vt plurimum Bello et Pace adquisita non substat Imperio proprie dicto, sed sint *Iura placitis Gentium LIBERA*; atque GRAVAMINA super vsu et exercitio potestatis circa Sacra aliquam ansam et occasionem Motibus Bellicis Germanicae, atque infecutae *Pacificationi Osnabrugensi* non improbabiler dederint. I. P. O. art. V. princ. §. 48. *Ius Dioecesanum* etc. Tunc equidem haec Contentio agitata fuit inter Status Catholicos, et hos quidem, non vt *Principes Saeculares*, sed vt *Episcopos* ex vna, et Ordines Protestantes ex altera parte: minime autem *Caesar, Imperiumque in Corpore partem Belligerantem* constituere, aut vtriusque Potestas Ciuilis Suprema intuitu dicti Iuris circa Sacra Bello materiem praebuit; nec etenim Tractatus Pacis, nec Pax ipsa de hisce Factis vel vestigium inuunt. Vt idcirco praetensus *Titulus Belli, Pacisque*, ac iisdem superstructa Libertas Ciuilis, ac respectiue Suprematus pluries allati Iuris oppido euanescent.

§. VI.

Deinde Ordines A. C. per saepe nominatim *de Iura circa Sacra* regulariter inuestiuntur; Noui equidem, Inuestituram Caesaream omnium, atque singulorum Iurium Regalium, quibus Status eminent, *se sola, primo, et immediate* non semper collatiuam esse, siquidem per plura dictorum Iurium ex aliis Titulis publicis, Pactorum, Pacificationum, Recessuum Imperii, Capitulationum Caesarearum, Priuilegiorum Imperialium, Collationis
Digni-

Dignitatum Regalium, Possessionum, similibusue fontibus originitus profuant; eandem ipsam tamen, respectu eiusmodi, Iurium Eminentium, saltem *vim confirmandi* nunquam non exserere, hanc autem non ab alio, quam a Superiore qua tali proficisci posse, ac idcirco in re confirmanda verum nexum subordinationis Ciuilibus inuoluere, vere indubium esse videtur.

Denique participatur a Statibus A. C. Ius, circa Sacra, quatenus *utile* est, et iis vigore Pacificationum Religiosarum Potestatem relinquit adorandi pro Territoriis Cultum Religionis, et annexa, igitur et altera huius Iuris qualitas onerosa, vel saltem minus priori fauorabilis, e primigenio tamen Systemate Reipublicae Germanicae aeque deriuata, et indiuidua omnium Regiminis Territorialis Iurium Comes, subordinatio nempe Politica, ipsis displicere non poterit.

§. VII.

Acerrime quidem obluantur Aduersarii, sententiam suam sequentibus Argumentis tuentes:

I.) Prouocant ad I. P. O. art. V. §. 48., vi cuius Ius Dioecesanum, et tota Iurisdictio Ecclesiastica et Pontificia, et Episcopalis cum omnibus suis speciebus contra A. C. Electores, Principes, Status, comprehensa libera Imperii Nobilitate, eorumque Subditos iuspenso est; inde colligunt, quod, sicut *Ius Sacrorum ante dissidia Religionis* Imperator, et Status Imperii haud exercuere, ita illud, quia post Sacrorum metamorphosin eidem Caesari, et Statibus Catholicis nulla Sanctione Imperiali diserte adstruitur, ex natura rei solis A. C. Ordinibus, et quidem *proprio Iure Suprematus* ab omni subordinatione *Ciuili* liberi, non competere non possit.

II.) Vrgent *aequalitatem exactam, mutuaque*, quam eiusdem art. V. §. 1. circa fin. inter Status vtriusque Religionis obseruandam serio iniungit. Iam vero, quemadmodum Catholicum Ius circa Sacra Catholicum summo Caesaris, et Imperii Arbitrio Nomothetico, ac Dicastico nequam submitunt, sic et Protestantibus in huiusmodi causis asserunt facultatem Subiectionis Ciuilibus vinculo sese pariter exsoluendi. Addunt

III.) Quod Iudices Catholici, qui mixtim cum Protestantibus, numero tamen superiores, in Archidicasteriis Imperii Ius dicunt, secundum suae Religionis Principia Causis Ecclesiasticis se immiscere minime valeant.

§. VIII.

Verum propriis Aduersariorum Armis profligatur

Prima Antithesis: certe illi passim docent, ante tempora fundati Imperii Papalis Curam Religionis integram ad Caesarem, ac Status Imperii Iure Maiestatis, atque Superioritatis respexisse; hinc latis ab iis tot Constitutiones circa Personas, Bona, et Iura Ecclesiastica, indicta pro Auctoritate Imperiali Concilia; per cessionem Inuestiturarum Episcopaliū ab HENRICO V. Imperatore in manus Ecclesiae factam dimidiam Maiestatis Germanicae partem interiisse, Potestatem circa Sacra, sedente GREGORIO VII., Ordinibus mala fide praereptam, et vsurpatam a Clero fuisse, etc., donec *Pace Religiosa vtraque interueniente Cimelium hoc* (ipſi *Clin-* et *Clenodium* vocant) *ad pristinos Dominos IVRE POSTLIMINII* rediit. Si itaque (quod sine Veritatis Catholicae praedicio dixerim) res in pristinum Statum restituta fuit, ergo Ius illud restitutum eodem modo Maiestati Caesaris, et Imperii subordinabitur, quo ante inductam mutationem eiusdem Iussa, et Leges ex mente Protestantium rite excepit, licet haec subiectio de facto, prout illi rursus obtendunt, a Clero Pontificio olim praepedita fuerit,

§. IX.

Neque magis patrocinator Protestantibus

Secunda Antithesis: quamuis non ita pridem *Senatum Francofurtanum* ad Moenum, et eiusdem Ciuitatis Imperialis Seniore Ministerii Doctorem MUNDEN, quum contrahunc *Acto Fiscalis* institueretur, ad eam recurſiſſe, ennarret FABRI *Staats-Canzley* Tom. LXXIII. C. 4. N. 2., et 3.; namque Argumenta hucusque deducta sufficienter quidem euincunt, qualitatem subiectionis Ciuili Iuri circa Sacra A. C. inesse; quia tamen Potestas Ecclesiastico-Catholica non nisi a *Supremo Ecclesiae Catholicae Capite*, *Vnico* quippe, ac *Genuino Fonte*, deriuatur, eiusdemque Systema Hierarchicum antiquissimae a tot Saeculis praeterlapsis radicatae, et adhuc immotae possessioni innititur, inde fit, vt *Lex mutuae Aequalitatis*, vt pote futura duntaxat respiciens, illi praediciare nequeat.

Statuendum potius videtur, in eo *Catholicos*, et *A. C. addictos Ordines pares* existerere, quod, sicut illi Iura Ecclesiastica a Suprema Virtute Directrice Ecclesiae suam originem deducere, *Candore vere Catholico* profidentur, ita et hi in rebus Ecclesiasticis Superiorem aliquem agnoscere teneantur; vt adeo discrimen tantum circa subiectum, ad quod subordinatio dirigenda, occurrat, res ipsa vero vtriusque Religionis principis eatenus attemperanda veniat. Caeterum et Catholicorum Ordinum Ius circa

circa Sacra, quod iisdem *in Subditos suos A. C.* inferius adstruetur, Iurisdictionem Imperialem non reuereri non potest, siquidem hic praeceptum mutuae aequalitatis terminos vtrinque habiles, adeoque et adplicationem inuenit.

§. X.

Tertia Antitibesis manifeste corrui; sciunt vtiq; Iudices Saeculares Catholici, se quidem *Iurisdictionis Catholico - Ecclesiasticae, non aequae eius, quam A. C. inuenit, exercendae* incapaces esse; et quid A. C. additorum realiter interest, qua Conscientia Catholici in huiusmodi negotiis procedant? Certe, dum hoc modo argumentantur Antagonistae, super *nudo Iure Tertii, Pontificii scilicet Iuris*, excipiunt, utpote ex quo illa inhabilitas, si tamen vlla subesset, proxime petenda foret.

Sed quid *de Causis Protestantium Matrimonialibus* statuendum? Sane ex propria horum confessione illae ad Classem Contrauuum mere ciuiliu reuocantur, nec inuoluunt in obiecto veram qualitatem rei Spiritualis, aut Ecclesiasticae, sed, ut itidem *A. C. additi* DD. adstruunt, quasi in vim retorsionis contra Catholicos, qui Matrimonio rationem Sacramenti, locumque inter Negotia spiritualia adsignant, adeoque secundum effectus duntaxat externos sphaerae obiectorum spiritualium accensentur; consequenter ex hac Doctrina prona satis aluco fuit, in hisce causis Matrimonialibus A. C. Sociorum Iurisdictionem Imperialem in Thesi, et Regula vel maxime fundatam existere; quidquid sit de Hypothesi: vtrum haec Iurisdictionis pars vel a Caesare solo, vel ab eodem, et vniuerso Imperio, vel a Iudicio Camerali, aut ab Austraegis exercenda sit? respicit enim indago criterii huius magis adcuratam, et particularem Iurisdictionis Imperialis discussionem a scopo praesenti alienam. Confer. PFEFFING. ad VITRIAR. Lib. 3. Tit. 2. §. 60. lit. C., vbi quidem *pro firmando Suprematu A. C. additorum* Ordinum tam quoad causas Matrimoniales in specie, quam intuitu reliquorum capitum in Ius circa Sacra, proprie influentium argumenta exacte congesta esse, isdem ramen ipsis rationes pro Potestate Suprema Augustissimi Imperatoris, et Imperii adeo perspicue militantes nequaquam infirmari, facile colliges.

§. XI.

Num porro *Maiestas Imperialis, eiusque Iurisdiclio se quoque ad Episcopatus VI. C. diffundat?* sciscitari licet; ubi praemittendum, Episcopatum quaestio-

quaestiois esse Ens quoddam medium inter Episcopatus Catholicos, et Territoria mere Secularia Statuum Potestantium, si quidem publicum, idque mere externum, ac politicum rei Systema contemplari lubeat, indagine altera de vera, vel spuria qualitate Episcopatus: *an nimirum, vel quatenus haec posterior detur?* Foro Canonico relicta. Atque hinc eiusmodi Episcopatus suo modo de utroque extremo participant, quoniam ex vna parte A. C. amplectuntur, eiusque placitis quoad omnes Articulos subscribunt, ex altera vero in reliquis obiectis sphaerae Ecclesiastico-Catholicae eidem A. C. non repugnantibus Normam, ac Cynosuram petunt ex antiquo Status Episcopalis Systemate, non quidem respiciendo ad hoc, quod illud ab *Hierarchia Ecclesiastico-Catholica* informatum sit, eiusque Imperio, et Potestati Directrici (tergiuersantur enim se subiicere Potestati clauium, an vero recte, vel secus hoc fiat? hic discutere non vacat) originem debeat, sed quatenus A. C. rationibus adaptari posse visum fuit; adeoque in iis capitibus se illud sponte retinuisse, perhibent. Ex his Episcopatibus post Pacem Osnabrugensem duo supersunt, *Lubecensis* nimirum et *Osnabrugensis*, quoribus hunc vltimum vi Successionis alternatiuae in ead. P. Art. XIII. §. 1. seqq. *fancitae ad Familiam Ducum Brunsvicensium et Luneburgensium* deuolui contingit; Episcopatus quippe *Saxonici, Misnensis, Merseburgensis* et *Numburgensis*, olim *Citicensis* siue *Cizensis* dubiae conditionis habentur. Episcopatibus A. C. quoad immediatatem aequiparanda est Abbatia Gynaecocratica *Quedlinburgensis*. De reliquis quondam Partheniis, quae ad C. A. Sacra transferre, Abbatibus immediatis v. g. *Heruordensi, Gandersheimensi*, caeteris euolu. *BILDERBECK Deutscher Reichs Staat P. V. Sect. 1. C. 35. Add. PFEFFING. ad VITR. Lib. 1. Tit. XV.*

§. XII.

Principia §§. praeced. exposita Iurisdictioni caesareae Episcopatus quaestiois, vna cum Abbatia *Quedlinburgensi* etc., haud dubie in Thesi subiectos esse, plane euincunt. Neque in Hypothesi desunt exempla; sic refert FABER Tom. XIII. C. 14. N. 1. 2. Augustissimum Imperatorem LEOPOLDVM non modo super Electione Abbatissae *Quedlinburgensis* variis modis auctoritate Imperatoria cognouisse, sed et confirmationem Electionis peragendaespecialissime sibi reseruasse, quin desuper vlla ex parte tergiuersationem obortam esse, fide publica constet. Quid quod ipsum Capitulum *Quedlinburgense* hanc Potestatis imperatoriae partem *ultro* agnouit, atque confirmationem Electionis expetiit, loc. cit. N. S. Sed et

Ius deuolutionis, si quando Electio Abbatissae intra Terminum a Iure Canonico praescriptum haud peracta fuerit, sibi asseruerunt, idque declaratione publica *idem Imperator LEOPOLDVS, eiusque Successor IOSEPHVS* manifestarunt; id quod ipsis a Capitulo Quedlinburgensi in *Hypothesi* quidem impugnatum est, in *Thesi* non acque, prout patet ex Tom. et C. cit. N. 7. 8.

§. XIII.

Magis intricata quaestio videbitur: *an scilicet ad ipsos Episcopatus A. C. qua tales Maiestatis Caesareae Iurisdictio se se Iure porrigat?* siquidem de his I. P. O. art. V. §. 21. Sanctionem sequentem promulgat:

„Electi aut Postulati in Archiepiscopos, Episcopos, aut Praelatos A. C. additi, a *Sacra Caesarea Maiestate*, postquam intra Annum Electionis, aut Postulationis suae fidem fecerint, et Iuramenta Regalibus consuetis feudis praestiterint, *absque vlla exceptione inuestiantur* etc.

Ex qua Constitutione plures colligunt, Episcopos saepe fatos tantum obstringi ad probandam *Caesari* Electionem, Postulationemue suam, ut nempe subiectum cui Inuestiturae Regalis certum reddatur, de Confirmatione autem auctoritativa ipsius negotii Electionis, Postulationisue quia altum vbiq; silentium est, vltius argumentum subiungunt: Confirmatio Electionum, Postulationumue Canonice est actus omnium praecipuus, et eminentior Iurisditionis in Statum aliquem Ecclesiasticum exercendae, et Episcopis Catholicis a Sede Apostolica ex proprie sic dicto Imperio Ecclesiastico impertitur; iam vero, quum intuitu Episcoporum A. C. *hoc Iurisditionis Imperialis fundamentum* desideretur, Iura quoque eadem superstructa non euanescere non possunt.

§. XIV.

Sed salua res, salua Thesis est, vbi illorum sententiae suffragari lubet, qui Inuestitura Regali Caesarea virtualiter, et implicite ratificationem Electionis, aut Postulationis contineri, propugnant. Sane vel inde haec sententia admodum probabilis euadit, quod eiusmodi Episcopi loc. cit. I. P. O. iubeantur

„Vltra Taxae Ordinariae summam *insuper eiusdem dimidium pro inuestitione pendere.*

Sua utique Legi debet constare ratio, quam non inconcinne hanc esse statuunt, quod Taxa ordinaria Feudalis modo reliquis Statibus Saecularibus communi pro Inuestitura Regali Politica exsoluatur, dimidium vero vltius pro Confirmatione Dignitatis via vel Electionis, vel Postulationis ad-

quisitae implicite simul accedente pendatur. Estò, videantur haec asserta *coniecturis* proxima, eae tamen, si rite expendantur, coniecturae vel maxime verisimiles existunt. Demus insuper, confirmationem inter Iura Imperii Ecclesiastici praecipua quadam proëdria eminere, demus, inde ad totum Superioritatis Ecclesiasticae complexum in sensu affirmatiuo recte concludi, rursus tamen argumentum eo minus negatiue procedit, quo magis expedita res videtur, Electionem in Concordia, et alias Canonice peractam eo ipso Leges publicas realiter adimplere; cui proinde *Confirmatio expressa* Superioris *reapse nil nisi meram Auctoritatem* superaddit; vt adeo absque praecudio Imperii Summi in hac Hypothesi ommitti, et *Sanctione* etiam *publica* defuper caueri queat.

§. XV.

Quodsi Aduersarii vrgeant, Augustissimis Imperatoribus de ipsis etiam Controuersis occasione huiusmodi Electionum emergentibus cognoscendi, easque sua sententia definiendi facultatem haud competere, id quidem contra indubiam Actorum Publicorum fidem discrete adstruunt. Certe FABRI Staats-Canzley Tom. II. Fascic. 2. N. 1. seqq. Exemplum notatu sane quam dignissimum suppeditat, ex quo luculentissime patet, *D. Imperatorem LEOPOLDVM EPISCOPO AVGVSTO FRIDERICO, et CAPITVLO LVBECENSI per Mandata Inhibitoria, et Debortatoria S. C. sub dato Wien, 28. Septemb. A. 1684. serio, adiecta euentuali Actus abolitione, in iunxisse, vtne ad Electionem Sub-Coadiutoris e Domo Holsto-Gluckstadtiana, siue Regio Danica* (Negotium profecto intrinsece Ecclesiasticum) procederent. Reponente Capitulo sub dato Lübeck, II. Octobr. 1684., se nunquam eiusmodi quid commissurum, *quod CAESARIS MANDATIS, suisque simul Iuribus, contrarium esset, rescripsit Imperator 20. Nouembr 1684., se omnino Mandatis obediri velle; Vid. LONDORPI Tom XI. Act. Publ. C. 60. §. 95. Num. I. et III. p. 151. et 152.* Quae loca, Iurisdictionis Caesareae competentiam neququam in *dubium* vocatam, sed alia omnia de et remonstrata esse perspicue euincunt.

Eadem plane ratione et Postulationes Episcoporum Protestantium a Iurisdictione Imperiali Normam decisiuam, casu eueniente, petant, necesse est; *An vero, vel quando dictae Postulationes viam perueniendi ad Dignitates Ecclesiasticas extraordinariam, et ab Electione heterogeneam constituere valeant?* aliorum disceptationi relinquitur.

Quum itaque A. C. Episcopi ad expressam Electionum, ac Postulationum

tionum suarum Confirmationem ab Aula Caesarea petendam haud adstricti sint, id procul dubio nudae Exceptionis, et propriae dictae Dispensationis, siue a Lege ordinaria Exemptionis rationem habet. Addenda hic quaedam forent de Principiis Dicasticis, ad quorum praescriptum Ecclesiasticae A. C. addictorum Controversiae decidi debeant; vt nempe Iurisdictionem Augustissimi Imperatoris, et Imperii intuitu Causarum quaestionis etiam ex hoc capite fundatam, suisque praesidiis minime destitutam esse, palam fieret: quia tamen heterogenea Casum indoles, atque ipsa materiae prolixitas Exegefin fusiores a praesenti instituto alienam exposcit, hinc disquisitio vltior alii, eique commodo magis loco referuatur.

SECTIO II.

DE

Iure Principis Catholici Status Imperii circa Sacra Augustanae Confessionis.

SVBSECTIO I.

De Iure Catholici Episcopi Principis, qua Episcopi circa Sacra Augustanae Confessionis.

§. I.

Scribo in Patria, vbi PEDVM, et GLADIVS indiuiduo nexu coniunguntur. Idcirco Dissertationi posteriori CATHOLICI EPISCOPI PRINCIPIS IVRA lucem accendent, ita quidem, vt Principia ex hoc fonte deriuata cuiuslibet Principi Catholico mere Saeculari fere potiori ex parte accommodari queant. Prodiroma hic ratione Iuris Episcopalis quaestio occurrit: Vtrum Iurisdictio Catholici Episcopi Principis qua Episcopi, siue sub qualitate Iuris Dioecesani, in A. C. Consortes suo Territorio Saeculari vera subiectione addictos post Tempora Pacificationum Religiosarum Iure exerceatur? Negatiuam innuere videtur Pax Religiosa §. 7. in Editione Schmausiana §. 20. ibi:

„Damit auch obberührte beyderseits Religions-Verwandte, so viel mehr in beständigen Frieden und guter Sicherheit, gegen und beyeinander sitzen, und bleiben mögen, so soll die Geistliche Jurisdiction - - - wider der Augustinischen Confession Religion, Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, so sie aufgerichtet, oder aufrichten möchten, bis zu endlicher Vergleichung der Religion,

Religion, nicht exercirt, gebraucht, oder geübt werden etc. "

Ex hac quippe dispositione complures colligunt, quoad Puncta Exercitio A. C. intrinseca Ius Dioecesanum etiam contra proprios subditos suspensum esse, licet forte non aequè in aliis Obiectis Potestatis Ecclesiastico-Catholicae, vbi in primis A. C. in pleno suo *Cultu* nihil detrahitur, huic fato locus sit; quo non obscure collineat §. cit. Textus Finalis, ibi:

„Aber in andern Sachen und Fällen, der Augspurgischen Confession Religion, Glauben, Kirchen-Gebrauche, Ordnungen, Ceremonien und Bestellung der Ministerien nicht anlangend, soll und mag die Geistliche Jurisdiction, durch die Erz-Bischöf, Bischöf, und andere Prälaten, wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht, und Sie in deren Übung, Gebrauch und Possession seynd, hinsüro, wie bisher, unverhindert exercirt, geübt und gebraucht werden. “

§. II.

Verum si penitus integrum Textus Tenorem explorare lubet, haud difficulter patebit, Nomothesium Religiosam ibi *de solis A. C. Statibus*, contra quos Ius Dioecesanum Vicini Episcopi Catholici suo modo suspensum esse declaratur, mentionem iniicere. Neque maiori subsidio est Aduersariis §. 48. *Ius Dioecesanum* etc. Art. V. I. P. O.; licet enim et iste §. totam Jurisdictionem Ecclesiasticam in regula suspendat, eiusque exercitium tantum quasi per exceptionem, et dependentem ab Anno normali relinquat; genuinus tamen Verborum significatus satis superque innuit, ibi duntaxat de Potestate Episcopali *aliorum Statuum Territoria* alias pertranseunte, non vero de propriis Catholici Episcopi Principis subditis quaestionem subesse; siquidem

Casus primus cit. §. respicit Diuisiones saeculares alienas potissima ex parte A. C. additas, quarum intuitu Jurisdictio Ecclesiastica Vicini Episcopi, siue Catholici, siue Protestantis, in regula suspensa est, ita tamen, vt ad consequendos Reditus, Censur, Decimas, et Pensiones in iis A. C. Statuum Diuisionibus, vbi Catholici Anno 1624. notorie in Possessione vel quasi Exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticae fuerunt, eadem posthac quoque vti non prohibeantur.

Casus Tertius et vltimus rursus non proprios Catholici Episcopi Principis, sed A. C. Magistratum subditos pro obiecto habet, consequenter et

Casus secundus, siue intermedius in Verbis: *Catholicorum A. C. addicti Status* provinciales, et subditi, qui anno 1624. Ecclesiasticam Jurisdictionem

nem

nem agnouerunt, in iis *Casibus modo dictae Iurisdictioni subsint, qui A. C. nullatenus concernunt*, etc. per subditos Protestantes haud proprios ipsius Episcopi Principis, sed alienos non denotare non potest; quamuis enim secundum Litteram in sensu generali, et indefinito procedere, ac proinde etiam proprios subditos comprehendere videatur, per antecedentia tamen, et consequentia satis ad speciem determinatur; atque hanc determinationem specificam ad solos subditos alienos praecipue Termini initialis Casus Tertii: „Eodem etiam Iure A. C. Magistratum Catholicici subditi censeantur, inque hos, qui Anno 1624. *publicum Religionis Catholicae exercitium* habuerunt, Ius Dioecesanum, quatenus Episcopi illud dicto Anno quiete in eos exercuerunt, saluum esto, „*luculenter probant*; applicatio quippe vnus eiusdemque Iuris, de qua hic mentio fit, relatiua est, et easdem Facti Circumstantias supponit, quousque contrarium euidenter doceri nequit; adeoque, sicut *Casus hic tertius de subditis alienis* expresse differit, ita eandem interpretationem *Casus secundus* ratione *mutui respectus aequaliter* exposcit. Id qui negant, alterutrum concedant, necesse est, aut de *Casu praesentis controuersiae, de Iurisdictione scilicet Catholicici Episcopi Principis in subditos proprios Protestantes* in dicto §. I. P. O. perinde, ac in altero P. R., altum silentium esse, vt quidem mihi videtur, aut saltem haec formalia: *Catholicorum A. C. additi Status Prouinciales, et subditi* etc. perquam ambigua, et obscura existere; vt adeo eiusdem P. R. §. 3., in Editione Schmausiana §. 16., tanquam *Regulae fundamentali supra C. II. in Mantiss. §. 6. commendatae*, pro conseruanda Systematis Ecclesiastico-Catholicici antiquissima Possessione, et hic insistendum esse, facile intelligatur.

§. III.

Quantum deinde ad *Iurisdictionem Episcopi Catholicici in alterius Status Catholicici saecularis subditos Protestantes* attinet, Art. V. §. 48. *Casu secundo* ita statuit: „*Catholicorum A. C. additi Status Prouinciales, et subditi, qui Anno 1624. Ecclesiasticam Iurisdictionem agnouerunt, in iis Casibus modo dictae Iurisdictioni subsint, qui A. C. nullatenus concernunt, modo ipsis occasione Processus nihil iniungatur Aug. Conf., vel conscientiae repugnans.* „ Vnde quaestiones emanant sequentes: *Prima*) Quando Iurdictio Ecclesiastica vigore Textus praemissi agnita censeatur? *Secunda*) An tota Iurdictio Episcopo salua permaneat, licet Anno Normali in vna, alteraque eius parte nullum plane exercitium ha-

buerit? *Tertia.*) Ad quas causas, et Obiecta sese eadem diffundat? Expediendae hae quaestiones breuiter :

Quoad *primam.*) Safficere videtur, si neque Anno Decretorio, neque immediate ante illum Iurisdictio Ecclesiastica actualiter, et publice a subditis quaestionis impugnata, adeoque quietae possessioni relicta fuerit; *Exercitium illud vel rarum*, vel plane nullum hoc tempore extiterit, id enim solummodo, et nil ultra in sensu reali volumus, quando *potestatem alterius, praesertim iam antea fundatam*, agnoscere dicimur. Ad *secundam.*) Patet ex responsione priori, saluam quoad integrale satum Statum permansisse Iurisditionem Episcopalem; fit enim in Lege praecisa mentio Iurisditionis Ecclesiasticae, non *Exercitii*, illa vero indefinite pronuntiata totum aliquod potestatum continens omnes species utique significat. Ad *tertiam.*) Resolutio pendet e *quaestione praeiudiciali*, quinam sint illi Casus, qui *Augustanam Confessionem nullatenus concernunt?* opinantur quidam cum HENNIGES, ad h. l. intelligi hic omne id, quod quouis modo directe, vel indirecte ad *negotium Religionis* pertinet; verum solida illos ratio destituit, in hac quippe sententia dispositio versus quaeest. manifeste elusoria reddi possit. Vt igitur eidem suus constet vigor, adstruendum potius videtur, ibidem huiusmodi Casus indigitari, qui punctum Religionis adeo intrinsece non ingrediuntur, neque in principiis fundamentalibus obiectiuus Catholicos inter, et *A. C. Socios dissensum* inuoluunt, sed mere extrinsece ad Religionem se habent, non contrauenientes doctrinae alicui substantiali *A. C.*, etsi ad *decempedam Canonico-Ecclesiasticam* componentur; quales qui sint, patebit nullo negotio conferenti essentiales differentias Religionem Catholicam inter, et cultum Augustanum ex vna, et systema Canonico-Ecclesiasticum ex altera parte; mihi enim hic fusiori esse non licet.

S V B S E C T I O II.

De Iure Principis Catholici, qua Status Saecularis circa Sacra Augustanae Confessionis,

S. I.

Ad Iura Principis Catholici saecularis qua talis circa Sacra *A. C.* descendit; ubi primum sibi locum vindicat *Ius reformandi*, quod in sensu strictiori est Facultas Summo Magistratui competens Membra Societatis civilis, ubi diuersam ab Imperante Religionem amplectuntur, e numero
 ciuium

ciuum, ac subditorum expungendi, atque, vt solum vertant, adigendi. Et hoc *Ius Reformandi* in P. O. Art. V. §. 30. *quantum deinde* etc. Statibus Imperii immediatis quibuslibet luculenter assertum est, consequenter et ab Ordinibus Catholicis saecularibus Iure optimo exercetur; BVCKISCH. ad I. P. O. Art. V. Obseruat. 81., HENNIGES *ad eund.* Art. litt. F. p. 423. Neque euincunt aliquid, qui a Statibus Catholicis mere saecularibus hanc Iuris partem, vtpote *Sphaerae Ecclesiasticae propriam* exerceri haud posse, contendunt; licet enim vltro largiamur, hoc Ius Reformandi penes Catholicos obiectum pure Ecclesiasticum respicere, adeoque in effectu Prouinciae mere Ministerialis indolem pro natura Aduocatae Ecclesiastico-Catholicae, cuius pars est, sortiri, quo ipso etiam *Corpori Iurium territorialium* tanquam pars intrinseca accenseri nequit; id tamen non impedit, quo minus Potestati Territoriali in quolibet Subiecto Status Catholici inseparabiliter cohaereat, ac Iure quidem suo, et quaesito, quod adimi ab Ecclesia nequit. Conf. Cap. II. §. 1. seqq.

§. II.

Dum porro vigore I. P. O. art. V. §. 28. libera et immediata Imperii Nobilitas, omniaque et singula eius membra vna cum subditis, et bonis suis feudalibus, et allodialibus in *Iuribus Religionem concernentibus, et beneficiis inde promanantibus idem Ius habent, quod Electoribus, Principibus, et Statibus Imperii competit*, vltior quaestio resultat:

Vtrum dicta Nobilitas Ius Reformandi sibi legitime vindicet?

Videtur id satis emphatice ex §. modo cit. euinci; at Negatiuam eiusd. art. V. §. 30. admodum probabilem reddere pariter videtur, siquidem ille in ordine ad exercitium huiusce Iuris Reformandi tanquam Conditionem necessariam *Formatum Territorium* praerequirat in Terminis:

„Cum eiusmodi Statibus *cum Iure Territorii et Superioritatis* etc. Ius Reformandi exercitium Religionis competat etc.

Atqui de hac *Territorii formati qualitate*, intuitu Ordinis Equestris, ingens hodieque controuersia agitur. Consul. omnino Celeberrimus IOAN. ADAM. KOPPIVS in Tract. *de insigni differentia inter S. R. I. Comites, et Nobiles immediatos* Sect. II. §. IX. Iung. LEHMANN. A& P. R. Lib. I. Cap. 6. §. et 10. 15. et 16. IOAN. IOACH. MÜLLER vom Dispensations-Recht in *verbothenen Eben* Lib. 3. Cap. 17. §. 6. etc.

§. III.

Ad fontem Iuris Reformandi quod attinet, equidem complures statuunt,

tuunt, illud Ordinibus Imperii non demum ex Pacto Osnabrugensi, sed iam antea vigore *Pacis Religiosae* de Anno 1555. concessum fuisse; Verum sicut I.) In P. R. §. II., in *Edit. Schmauf. §. 24* Wo aber Unsere etc. de Iure Reformandi nullum plane vestigium occurrit; ita potius non desunt, qui docent, decantatum hoc Ius Reformandi ibidem positivè exclusum, atque subditis diuersae a Domino Religionis plenissimam in eiusdem territorio vel ulterius permanendi, vel emigrandi facultatem, libertatemque adsertam fuisse. Illud saltem negari non potest, in §. quaest. intentionem Aduersariorum perspicue vel ideo haud fundari, quia II.) Quoties Lex Pragmatica Osnabrugensis de obiecto quodam Religionis in P. R. de Anno 1555. iam clare fundato nouiter, et confirmatorie quaedam profert, toties expresse, et specificè ad eandem P. R. adhibita singulari cautela sese referre solet. Audiamus Art. V. §. 45. ibi:

„Ratione reddituum cuiuscunque generis ad Bona Ecclesiastica, eorumque Possessores pertinentium ante omnia obseruetur id, quod in pace Religionis §. Da regen sollen die Stände der Augsp. Confession etc. §. Als dann auch den Ständen der Alten Religion etc. *at positum inuenitur.*“ Audiamus et eiusdem Art. §. cit. 30. *Quantum deinde* etc. ibi: „Cum --- dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis, si a Religione Domini Territorii dissentiant, Beneficium emigrandi concessum, insuper, maioris Concordiae inter Status conseruandae causa, cautum fuerit, quod nemo alienos subditos ad suam Religionem pertrahere, eae causa in defensionem, aut Protectionem suscipere, illisue vlla ratione pntrocinari debeat; Conuentum est, hoc idem porro quoque ab vtriusue Religionis Statibus obseruari etc.“ Atqui in d. §. *induitu iuris Reformandi* huiusmodi Prouocatio ad P. R. neutiquam reperitur, consequenter Regulae paulo ante commendatae insiltendum videtur. Fateor tamen, rem necdum extra omnem controuersiam positam esse: vtrum nempe ex solo §. 30. saepius indigitati Iuris Reformandi Origo abscisse petenda sit? Huiusque dubii resolutionem fundamentalem inde pendere existimo: Num Tenor verborum: „Cum eiusmodi Statibus immediatis cum Iure Territorii, et Superioritatis ex Communi per totum Imperium hactenus vsitata Praxi, etiam Ius Reformandi exercitium Religionis competat etc.“ sit praesuppositiuus Iuris quaest. vtpote dependenter a communi Praxi, et Obseruantia iam acquisiti, et mere Declaratorius eiusdem, an vero Praxis, et Obseruantia haec in Textu praecio Vim Legis primum sortita fuerit? Vt autem Exer-

citio

citio Iuris reformandi suus constet Vigor, atque efficacia, discrimen inter triplicis Classis subditos probe notandum est; alii quippe nec Religionis Catholicae, nec Augustanae Confessione vtrumque Cultum toleratum complectenti, sed speciei quartae addicti sunt; alii quidem Catholicorum, vel Protestantium vtriusque Cultus Sacra suo assensu venerantur, non tamen *quod sua Religionis Exercitium Anni Normalis Praesidio* muniti sunt, et rursus aliis huiusce Temporis Decretorii Palladium Securitatem, Protectionemque publicam elargitur.

§. IV.

Exercitium actuale Iuris Reformandi, praecipue *quoad primam subditorum Classem, exactam facti Cognitionem* supponit; et hanc quidem habitata ratione eorum, qui nec Religionis Catholicae, nec A. C. inuolucro externo vtuntur, sed *Sectae alicui ab utraque Religione adaequate diuersae* adhaerent, haud difficulter assequi licet. Contra, si animum ad illos advertere lubet, qui *Mixturam Fidei opere ipso pro diuersitate Casuum*, quos huius Cap. IV. Sect. 1. §. 2. repraesentat, profitentur, atque A. C. externi duntaxat Pallii loco, vt nimirum eo tutius latitare queant, vsurpant, quaestio prima fronte ambigua videbitur: Cui in huiusmodi circumstantiis Cognitioni competat? An Domino Territoriali, an vero Comitibus Imperii Vniuersalibus? Et *Comitibus* quidem hanc Cognitionem a P. R. in Prooem. in Editione Schmauf. §. 13. in *solcher fürgezogenen Berathschlagung* 2c., et aliis locis praecipue vero ab I. P. O. art. V. §. 50. Vtriusque Religionis Magistratus etc. vindicari dixeris; Verum sicut Constitutiones allegatae de vniuersali Compositione Dissidii Religionis intuitu totius Imperii, aut de Dubio quodam reali, et non mere apparente, eoque ex ipsis Pacificationibus Religiosis resultante diferte loquuntur, ita Hypothesin praesentem minime tangunt, vtpote quae Principia Fidei alicuius Privati rimatur, adeo, vt non aequae quaestio aliqua Iuris: Num scilicet hic, vel ille iudicium de Religione verae CHRISTI Ecclesiae conforme foueat? sed praecisa quaestio facti in disceptationem veniat: vtrum huius, illiusue fundamenta credendi vel Fidei Catholicae respondeant, vel cum alterutro Protestantium Cultu omni ex parte concordent? Confer. FABRI *Staats-Canzley* Tom. LX. C. 2., vbi de Emigrationis Salisburgensis materia plura reperiuntur.

§. V.

Quod si igitur in Territorio Principis Catholici eiusmodi Confessionista mixtae sortis sese ostentet, eiusdem principiorum ratio tutius explorari, atque in lucem proferri certius non potest, quam si noua credendi formula THEOLOGIS in re praecipue Polemica exercitatis communice-

tur, liberumque partium studio Elogium in forma sollemni ab illis expetatur: An hominem Augustanae Confessione (comprehendo rursus sub hac et Cultum Calvinianum) re ipsa addictum esse censeant, nec ne? Atque inde vel actualis applicatio, vel intermissio Iuris Reformandi Normam accipiet.

Nec excipiant Protestantes, Sui esse arbitrii, non Catholicorum, statuere, quem de Coetu suo esse arbitrentur; quasi vero ea, qua vtriusque Religionis toleratae Consortes vtuntur, credendorum formula, etsi oppido varians, tum ex actuali in omnium oculos incurrente exercitio, tum ex Libris Symbolicis passim obuiis non aeque innotesceret, ac Corpus Fidei Catholicae! Nullibi sane in Articulis suis antiquissimam illam ARCANI DISCIPLINAM resuscitarunt Protestantes! Adeoque sicut illorum Verbi Ministros rescire oportet, quis ipso facto Religionem Catholicam profiteatur, vtpote Luci Omnium Gentium expositam; ita pariter Theologis nostratibus Mysterium non est: *Num hic, vel ille Augustanae Confessionis reapse adhaereat?*

§. VI.

Sed quid si eiusmodi Confessionista, bonam fidem praetextendo, adferat, se iudicasse, Dogmata sua cum alterutro Cultu tolerato homogeneam rationem habere? Videtur hic potissimum respiciendum *ad Personam ipsius Confessionistae*, vtpote cuius effugiis non facile credendum, si Eruditorum numero accenseatur, siquidem talis praeuiam, eamque sufficientem notitiam, quaenam Principia A. C. respondeant, vel aduersentur sibi comparare et potuit, et debuit; consequenter prouocanti ad bonam fidem doli mali Exceptio efficaciter obstaret; vbi vero prouocans quaest. ex illiterrorum tribu progreditur, rursus obseruandum: *utrum Protestantem in effectu egerit, effugitando a Superiore beneficium priuati exercitii A. C., vel emigrationis*, ad praescriptum §. 34. et 36. art. V. I. P. O., aut saltem Religionem suam alterutri Protestantium Cultui, licet clanculum fortassis, attemperauerit? et in hac quidem Hypothesi eidem *Fauores Legales* haud inuidendos censeo, dummodo ex aliis euidentibus, aut certitudini proximis indiciis peruersa intentio, externo hoc schemate alium Religionis habitum inuoluendi, palliandive, non elucescat.

§. VII.

Ius vero Reformandi Catholici Principes in Sectarios, qui nec Religioni Catholicae, nec A. C., sed quartae Cultus speciei dolo malo adstipulantur, *alio modo* exercent, quam A. C. addicti Status, vtpote qui secundum Ictorum suorum, saltem recentiorum, Doctrinam Haeresin merum errorem intellectualem, non vero Crimen publicum pro foro externo animaduersioni obnoxium esse, vt plurimum statuunt, nisi circumstantias aliam

aliam delicti speciem superinducentes, v. g. *seductio aliorum, excitatio seditionis, tumultusue publici, et similes* concurrant; ac proinde Haereticos citra poenam vltiorem e ditionibus suis praecise exterminant; quanquam et haec eiectione Celeberr. BOEHMERO Iur. Ecclesiast. Protestant. Tom. IV. ad libr. V. Decretalium Tit. de Haereticis §. 166. minime probetur. „ Non negat ICTus hic absolute, posse *Doctrinam publicam* huiusmodi errantibus „prohiberi, quam si disseminare non intermittunt, id vnice, quod ipsi extremum est, tantum: Imperanti permissum esse arbitratur, vt *Honesta Emigratio* eis iniungatur, ad quam tamen --- *non sine grauissima Causa* --- deueniendum esse, contendit.” Catholici contra *Crimen Haereseos inter Delicta summe Capitalia* referunt, vltimo proin, eoque exasperato supplicio in illud animaduertentes. Praeterea, quum Protestantes inhaerendo rationi Systematis sui, quod sibi de Religione efformant, se se *Iure Superioritatis Politicae de facto*, et qualitate *Haereseo* cognoscere perhibeant, Catholici vero Provinciam hanc *solis Dicasteriis Ecclesiasticis* propriam adstruant, vltius discrimen inter vtriusque Religionis Proceres luculenter patet.

§. VIII

Longe alia est conditio eorum, qui se *Veros A. C. Sectatores* profitentur, siquidem contra hos, vt potest *Protectione, ac Securitate Imperalli a Sancti onibus Publicis praemunitorum*, a Catholicis poenae loco nihil omnino decerni potest; licet illis *sua sponte* e solo patrio alio emigrare, cessatque eo in Casu lus prohibendi, quod interdum Imperanti in subditos competit, prout diferte innuit. I. P. O. art. V. §. 36. *Quodsi vero* etc. §. 37. *Conuentum autem est* etc., quibus ex locis *materis Emigrationis integratam Legalem Cognosuram* petit. Illud hic peculiariter inculcandum, quod intuitu subditorum a Religione Dominante dissentientium, qui Anno 1624. publicum, vel etiam priuatum Religionis suae Exercitium nulla Anni parte habuerunt, nec non, qui post tempora Pacis Westphalicae demum vel ab Antiqua, vel a gemina Religione tolerata discedent, libertas emigrandi ne utiquam pura sit; neque enim coniuncta est *cum libertate in Patria remanendi absoluta*, quasi Dominus Territorii eosdem patienter tolerare abscessisse vel inuitus teneretur; quum ille potius pro suo arbitrio huiusmodi subditis Emigrationem imperare, atque hac ratione *lus Reformandi in eos exercere*, vi cit. §. 36. vers. „ Aut a Domino Territorii „iussu fuerit etc., omnimode valeat, quin obstaculo sit §. 34. *Placuit porro* etc., vt pote qui *nudi consilii*, non autem obligationis proprie sic dictae legalis terminos ingreditur. Praeclare ad h. L. HENNIGES. existimat his verbis: „ Patienter tolerantur etc. „omnimodam necessitatem Territorii Dominis minime impositam tolerandi subditos nam §. 36, seq. illis *facultas etiam datur Imperandi subditis migrationem*. Itaque hi duo §§. aliter sibi conciliari non possunt, quam vt dicamus, hoc nostro praescribi „Dominis, quid eis faciendum, dum subditi in loco manent, neque sponte, aut iussu „Domini migrant; illo vero §. 36. indicari, quid subditis concessum, seu voluntate „seu necessitate abituris etc. „ Vbi rursus addendum, illis, qui iam ante *Pacem Westphalicam* diuersam Religionem professi fuere, *Quinquennium*, eis vero, qui post *Pacem publicam* deinceps futuro tempore mutauerint, TRIENNIVM ad emigrandum regulariter praefixum esse.

§. IX.

Sorte multo magis propitia vtuntur subditi illi, quibus quaelibet Anni Normālis Pars adminiculo est; his siquidem Territorii Dominus emigrationem iniungere nequit, neque *soli deuotioni priuatae* adquiescere tenentur, sed iure peragunt Cultum Religionis iuae seu publicum, seu priuatum, prout hunc, vel illum praefato tempore Decretorio aequaliter exercuere, §. 31. *Hoc tamen non obstante* etc. Inde tamen inferre haud licet, Principi Catholico in hos ipsos subditos nullum plane *ius resermandi* superesse; saluum quippe illud eatenus manet, vt vi eiusdem reprobari, atque aboleri queant Praeces, et Cantus non nisi in contumeliam, iniuriamque Religionis Catholicae redundantes, quo spectant *Cantilenae satis debuccinatae*: „Das alte Jahr ist nun vergahn, heut fangen wir ein neues an ic.“ cuius *Stropha quarta* ita canit:

Es hat sich Krieg und theure Zeit,	Doch hat uns deine Güte unmschränkt,
Der Teuffel, Pabst, Türk, andre	Das unser Land, und dies Gemein
Leut,	Mit unsern Weib: und Kindern klein,
Wohl sehen lan, und viel bebrängt,	Dennoch zu frieden blieben seyn.

Vid. sub Rubr. vom neuen Jahr Joh. Erügers neu zugrichtete Praxis Pietatis Melica, das ist: Übung der Gottseeligkeit in Christlichen und Trostreichen Gesängen ic. ic. vermehret, und verbessert von Peter Söhren ic., Frankfurt am Mayn Drucks und Verlags Waltbasar Christoph Wusts 1693. Addatur vollständiges Schneeberger Gesang-Buch pag. 68. Das alte Jahr vergangen ist ic. vers. 3. ibi:

Entzeuch uns nicht dein Heilsam Wort,	Sürs Pabste Lehr, und Abgötterey
Welchs ist der Seelen Trost, und hort,	B. hüt uns Herr, und steh uns bey.
Item vom Worte Gottes, und der	Christlichen Kirchen:
Erhalt uns, Herr, bey deinem Wort,	Stützen wollen von seinen Thronen.
Und steu dir Pabst, u. Türken Nord,	O Herre Gott, dein Göttlich Wort
Die Jesum Christum, drinen Sohn,	ist lang verdunkelt blieben ic.

cuius *Stropha pariter quarta* haec habet:

Allein, HERR! du	Ob wollten gleich
Wußt solches thun,	Pabst, Kaiser, Reich,
Doch gar aus lauter Gnaden:	Sie und dein Wort verreiben;
Wer sich des Trösts,	Ist doch ihr Macht
Der ist erlöst,	Geg'n dir nichts g'acht,
Und kan ihm niemand schaden.	Sie werdens wol lan bleiben.

Confer. Acta inter Eminentissimum Electorem Moguntinum, et Civitatem Erfordensem, quae exhibet FABRI Staats-Canzley Tom. XLII. C. 2. N. 1. seqq. Nihil euincunt Subditi, si opponant, huiusmodi Cantilenas sibi iam ante, et ipso quoque Anno Normali familiares extitisse, suisue *Libris Symbolicis* insertas esse; Mens quippe Paciscentium in *Tabulis Osnobrugensibus* eo praecipue collimauit, vt subditis *Reale Exercitium* plenarie, absque vlla Turbatione, *relatiue ad Statum Decretorium*, relinqueretur; atqui hoc tale nihilominus remanet, licet id genus *Difteria* Religioni Dominanti vt quam maxime contumeliosa expungantur, vt pote quibus reali Exercitio Religionis nec additur, nec detrahitur quicquam.

§. X.

Deinde ponamus, dictos Libros Symbolicos, et singula eorum Capita partem A. C. integram constitutere, vel sic tamen sanae Politices Regula dictabit, expressiones contumeliosas in factum (vt alias phrasis Iuridica ait) attemperandas esse, quo idem in effectu comparatur; si enim Legibus priuatis optime cautum est, ne Parentibus, Patronis

Patronis similibusque Personis, quibus speciali obsequii vinculo adstringimur, actionem doli, aliasque eorum famam sugillantes intentemus, submississima profecto deuotio, pietasque Patri Patriae, siue Domino Territorii debita eminenter exposcit, vt ne Carillimum eius Pignus, Religio scilicet dominans, atrocibus adeo conuiciis profcindatur, eiusdemque publicae Existimationi, apud Plebeios saltem, tam inique derogetur. Adeoque et huic Argumento parum, vel *nihil pondus* inest.

Quod si porro ad CAPITVL. CAROL. NOVISS. Art. II. §. 8. *sic fin. Formalia:*

„*Am wenigsten aber sich anmasse, den heilsamen Reichs-satzungen zuwider, über neue Editiones der Augspurgischen Confessions-Verwandten Librorum Symbolicorum, so sie vor, oder nach dem Religions-Frieden dafür angenommen, oder noch annehmen möcht, den Fiscal zu hören, oder Prozesse ausgehen zu lassen ic.*

„*prouocare Aduersarii sustineant, illi fateantur, necesse est, aliam habitudinem Religionis in ordine ad Vniuersum Imperium, quo Dispositio Capitularis potissimum collineat, aliam intuitu cuiuslibet Territorii particularis Conditionem occurrere, ita quidem, vt posteriorem a priori necessario haud inuolui, vel ex eo in aprico sit, quia caeteroquin lus Reformandi, vi cuius Dominis Territorialibus Religionem a Dominante heterogeneam exterminandi Facultas competit, a Nomothesia Imperiali tam sollicitè stabiliri eo minus potuisset, quo extantia est PROTECTIO PVBLICA, quam P. O. Art. VII. §. 1. et 2. CAPITVL. CAESAREAE, ac NOVISS. quidem Art. 1. §. 10. So viel aber ic. Verf. „Sondern den obgedachten Chur-Fürsten, und sämtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich gleicher Schutz geleistet werden solle ic.“ et Religioni Antiquissimae Possessionatae, et Vtrique Toleratae in Imperio AQUALITER Impertiantur, adeo, vt harum Religionum nulla, ratione eiusdem Protectionis, ac publicae Securitatis, in moderna Germaniae compage Religionis Dominantis praedictam sibi vindicare, nulla lus Reformandi in aliam exercere valeat. Diuersissima Systematis Territorialis indoles est, siquidem Dominus Territorii commendatum toties lus Reformandi intentione general. fundatum habet, illudque in praxin rite deducit, dummodo reali Subditorum Exercitio Tempore normali quacunque Anni parte habito non praeiudicet, cuiusmodi praeiudicium in nostra Hypothesi minime subesse, ea, quae praemissi, argumenta plane euincunt. Atque haec de iure Reformandi stricte dicto, siue, quod vocant, *minus plus; Plenum quippe*, prout Superiori A. C. Sacrorum Curae suo modo respondet, vltiori Diatribae reseruauit.*

§. XI.

Ita autem circa lus reformandi plenum praesens Diatriba occupatur, vt primo loco quaestio de *Legal! Anni Normalis Conditione* enucleanda sit: Quousque nimirum subditis, contemplando Exercitium Religionis, et annexa, patrocinetur? Vtrum Decretoria haec Dispositio affirmatiue, positiue, et pro ratione nudi duntaxat actualis Exercitii, atque per modum praecisae Exceptionis, relatiue ad lus reformandi, an vero secundum omnes omnino circumstantias, per modum Regulae, ac negatiue etiam accipi debeat, ita, vt tum illud, quod dicto Tempore intuitu Religionis in rerum natura fuit, tum, quod sub eodem respectu non fuit, complectatur?

Posterior adstruunt A. C. DD. plerique, et illi omnes; qui Domino Territorii Catholico Facultatem Simultanei, siue potestatem, praeter Sacra A. C. in loco quodam generatim accepto (quidquid de quouis loco individuali sit) vi Temporis Decretorii recepta, publicum suae Religionis Exercitium introducendi, aut Tempora eo Tempore ab omni Religionis Exercitio vacua restaurandi, eaque Cultui Catholico destinandi libertatem competere, dissentunt. Prus descendunt Catholici, suisque

Principibus praedictum IVS SIMVLTANEI acerrime viadant. Succinctam **Controversiae** Historiam sinit Celeberr. IO. IAC. MASCQVIVS *Princip. Iuris publici* Lib. VI. Cap. II. §. X. *Fusionem* repraesentat CHR. GOTTF. HOFMANN. in seiner gründlichen Vorstellung derer in dem heil. Röm. Reiche obschwebenden Religions-Beschwerden p. 162. seq. *von dem Simultaneo Exercitio Religionis*, und dem damit verbundenen *Iure Reformandi*. Addatur illust. BOEHMERI *Ius Ecclesiast. Protest.* Tom. 1. Lib. I. Tit. 1., §. LXVI. sq., vti et HENNIGES. ad I. P. Art. V. §. 31.

§. XII.

Quod vero Ius Reformandi in Hypothesi proposita *Regulam* constituat, Statusque Subditorum Decretorius vim merae Exceptionis sortiatur, ac proinde ultra positivam, realem et actualement *Anni normalis possessionem* se se haud extendat, id colligitur ex I. P. O. Art. VIII. §. 1., vbi *Dispositio superior circa Sacra inter Iura Territorialia* refertur; idem quoque effectum idigitat eiusd. I. P. Art. V. §. 30. *Quantum deinde* etc. *Verf. cum eiusmodi* etc. Iam vero Iurium Territorialium, prout a Priuatorum Iuribus discriminantur, *Notam perpetuo Characteristicam* apposite dixeris, quod ex parte Superioris *Regulam* intentionis fundatae, intuitu Subditorum autem *meram Exceptionem* innuat; hoc quippe conferenti §. 30. et subseq. §. 31., habita particularum vtriusque connexiarum ratione, haud obscure patebit.

§. XIII.

Nihil euincunt, qui loca haec I. P. O. vel ideo *dubia* arbitrantur, quia Punctus Simultanei, in Comitibus Imperii Vniuersalibus hucusque controuersus oppido, legali necdum decisione dilucidatus fuit; demus siquidem, *om. In idam P. W.* et hoc super puncto *Certitudinem* desiderari etiamnum; at certe supplet vices probationis liquidissimas P. R. in specie talis §. 2. und damit *ic. §. 3* dagegen sollen *ic. in Ed. Schmaus. §. 15.* et 16., cui vti que standum, vsque dum inter vtriusque Religionis Procere aliter conuentum fuerit; Vid. eiusd. Art. V. §. 30. *vtriusque religionis Max. status* etc. *Verf. s. d. si etc.* Atque hoc Ius Simultanei suo nequiquam vigore destituitur, etiam si subditi A. C. additi docere liquido valeant, se se Anno Normali Domino Territorii Catholico suae Religionis Exercitium superinducere allaboranti restitisse, illumque prohibitioni adqueiuisset; id quod vel ex eo colligere licet, quia cit. §. 31. *hoc tamen non obstante* etc. praecise patrocinatur subditis, quatenus Religionem suam dicto Anno actualiter exercuere; atqui hanc, Cultus Catholici introductionem impediendo, si prohibitio locum saltem generatim sumtum afficiat, minime exercuere; huiusmodi quippe prohibendi *Conditio Ius Reformandi* alium respiciens neque auget, neque minuit exercitium Priuatorum, adeoque nec huius pars dicenda est. Accedit, quod d. §. 31. *Iura duntaxat* *positiua* Religionis vna cum annexis recensent, eademque relatiue ad Statum Decretorium subditis adserat, quin vel minimam *de mere negatiua* mentionem iniiciat; vt adeo interpretatio extensiuua intuitu huius obiecti disparati nullam plane praesidium reperiat. Quod porro ad *negotia mere politica et adiaphora*, nec *immediate* nec *mediate*, religionis Exercitium concernentia attinet, illis Anni Normalis dispositionem adplicari haud posse, res ipsa docet.

§. XIV.

Coronidis loco dispiciendum: Vtrum Domini Territorii Catholico in Ciues suos A. C. additos suae patienter, suae vi Anni Decretorii ex necessitate legali toleratos Iurisdictione Ecclesiastica competat? Vbi praemittendum, Crisin duntaxat Iurisdictionem Ecclesiasticam, vel quasi talem secundum ipsissima A. C. eiusque sequacium principia spectatam, non vero Ecclesiastico-Catholicam respicere. Et hic quidem affirmatiuae subscribere eo minus dubito, quo luculentius §. praecedens euincit, *Curam superiorem*, suae *Vim* suo modo *Nomotheticam* circa §. A. C., tanquam partem Corpori Iurium territorialia.

torialium, in effectu accensendam esse. Atqui his Iuribus Ordines Catholicici, et Protestantes *Æqualiter* gaudent, quum præsertim nec aliqua intrinseca qualitas, et affectio Iurisdictionis Ecclesiasticæ quaest. in subditos Protestantes exercendæ, nec vlla *Sanctio Imperii pragmatica* inter vtriusque Religionis Proceres *diaphoram* quandam adstruat, stabiliatque; id quod subsequens Diatriba ulterius dilucidabit.

§. XV.

Excipiunt equidem Aduersarii, grauiusque contendunt I.) Principes Catholicos saeculares, et Status pro ratione Systematis sui, ac Principiorum Iurisdictionis Ecclesiasticæ incapaces existere; II. In Tabulis Osnabrugensibus Art. V. §. 48. Ecclesiasticam Statuum Catholicorum Iurisdictionem suspensam esse, Verum sicut vtraque Antithesis pro Obiecto Iurisdictionem Ecclesiastico-Catholicam non habere non potest, ita Ordines Catholicici saeculares altiori Oraculo *edocti eatenus incapacitatem suam* probe agnoscunt. Solam autem Iurisdictionem Ecclesiastico-Catholicam in A. C. Confortes cit. §. 48. *Ius Diocesani* etc. suspensam esse, vel ipse Textus luculentissimo argumento est, vtpote qui, adhibito *Iuris Diocesani* Termino, de Principum Ecclesiasticorum Iurisdictione A. C. Statum Territoria haud dubie alias pertranseunte discretissime loquitur. Quæ eadem resolutio in promptu est, vbi ab Antagonistis III.) ex *cod. §. 248.* instantia petitur, Protestantes scilicet Iurisdictioni ecclesiasticæ, si, et quatenus eandem Anno 1624. realiter agnouere, tantummodo subesse. Antithesin aliam excusant IV.) Ex l. P. O. Art. XIII. §. 8. Sexto: *Ne etiam* etc. Veri. *Quoties vero* etc. ibi: Quoties vero Catholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omnino in A. C. Sacra arroget sibi Iuris aut obtineat. "Ex qua Dispositione pronofatis alio fluere videtur, Episcopum quaest. et qua *Principem Territorialem* nihil plane Iuris in A. C. Sacra sibi sumere posse. Sed quis vel obiter cit. §. 8. *contextum* euoluens non obseruat, mere specialem ibidem Constitutionem occurrere; quæ quidem *Exceptionem a Regula* adstruit, ipsi vero Regulam, Episcopatum Osnabrugensem prætergrediendo, nequaquam destruit. Vnde *paraoptimus iuridicus* in propatulo est. Maiori forte Protestantibus adminiculo esse dixeris V.) §. 31. *Hoc tamen non obstante* etc., qui Curam Sacrorum inter A. C. annexæ referre videtur; vt adeo, qui A. C. non ad stipulatur, *huiusmodi Curam* sibi vindicare nequeat. Esto enim, referatur dicta Cura inter annexa A. C., eiusque exercitii obiectiue spectati, eo quod ad *Cultum illius externum rite instituendum* præcipue collimet; inde tamen erui non potest, quod *Cura quaest.* Confessionis sæpe fatæ annexæ respectu cuiuslibet *subiecti individualis* ita agglutinata sit, vt, quicumque huic formulæ non subscribit, neque *Directioni circa eandem* se se immiscere valeat. Non ignoro, quanta contentione aduersarii *pro eodem subiecto individuali A. C. addito* hic depugnent, dum scilicet VI. Tenori §. cit. *expresso* operotius insistent, atque *Constitutionem eatenus satis iuculentam* esse, replicant. At neque ignorant Protestantes *ingens discrimen*, quod admissio etiam legis sensu indubio, *Dominum territorialem* inter, eiusque *subditos* (quibus publica, eaque exacta d. l. Nomothesia prospexit) intercedit. Subditis vel sola Possessio quacumque Anni Normalis parte habita patrociniatur, eiusque factum, quum *Personale et mere individuale* existat, subiecta A. C. *addita* non exigere non potest. Contra ex præcedentibus palam est, Domino territoriali vi Superioritatis in effectu competere Sacrorum A. C. *directiuam*, ad quam rite ob eundem neque intrinseca rei indoles, ob *mutuæ connexionis defectum*, neque §. 31. toties cit., vtpote *qui casum plane heterogeneum* repræsentat, *exercitium A. C. personale* necessario requirit.

§. XVI.

Inde tamen inferendum minime, eodem lure, quo Status Catholicici in heterogeneæ Religionis Subditos Iurisdictionem ex A. C. systemate profluam exercere sustinent, Ordines

Ordines A. C. additos et Iurisdictionem Ecclesiastico-Catholicam in Subditos Catholicos sibi adserere possent; licet haec illatio primo intuitu non adeo improbabilis videatur, eo quod I.) Eisdem Status nullum arceat impedimentum, quo minus Iuri Dioecetano Catholico administratoris manus admouere queant. Id probare contendunt ex I. P. O. art. V. §. 26., vbi, *reflexendo ad possessionem, vel quasi anno normali die prima Ianuarii habitam, praefatis A. C. Ordinibus Iuris Dioecetani effectus varii adstruuntur.* Vteriores suppetias quaerunt. II.) In Legge mutuae exactaeque Aequalitatis vi eiusd. Art. V. §. 1. circa finem inter vtriusque religionis Electores, Principes, Status omnes et singulos perpetuo obseruanda; vti et III.) in saepissime cit. Art. §. 48. *Ius Dioecesanum etc.* vbi sequens constitutio occurrit: *Eodem etiam Iure A. C. Magistratum Catholicum Subditi censentur, inque hoc, qui anno 1624. publicum Religionis Catholicae exercitium habuerunt, Ius Dioecesanum, quatenus Episcopi illud dicto anno quiete in eos exercuerunt, saluum esto.* Ex quo loco Protestantibus videtur consequi, vt, si Normale Iuris Dioecetani Exercitium plenum haud fuerit, illud eatenus quoad effectus in actum secundum non deductos ad Domini territorialis A. C. additi Curam Superiorem respiciat; siquidem aliqualis saltem Anarchia intuitu subditorum Catholicorum *quaest. in hypothesis contraria non exurgere non posset;*

§ XVII.

His quippe argumentis formata ab aduersariis illatio eo minus stabilitur, quo constantius tenent, tumenturque Catholici ad I.) Status A. C. additos ad Iurisdictionem, aut imperium Ecclesiastico-Catholicum qua tale exercendum, vtpote quod ex unico Supremo in terris Sacerdotii Fonte promanat, atque pro et in eiusdem ortu subiect. sese diffundit, vel habita solius Radicis ac Originis ratione prorsus inhabiles existere. Cui *fundamentali Catholicorum dogmati* cit. §. 26. neququam officit; is enim, quum circa solos Status immediatos, relatiue ad alios Status immediatos, occupetur, Casui praesenti, qui Dominum Territorii, eiusque subditos abscisse respicit, interpretatione extensiva vel ideo applicari nequit, quia in Casu priori certi Iurisdictionis Ecclesiasticae-Catholicae effectus in Ordinem Catholicorum subditos Protestantibus Titulo solius possessionis et quasi ad modum seruitutum Iuris Publici, nequaquam in vim Imperii Ecclesiastici proprie talis, de quo hic quaeritur, relinquuntur. Vnde Ad II.) Et Lex mutuae Aequalitatis suo prorsus vigore destituitur. Confer. subiunct. Cap. II. Mantiff. §. 2. seqq. Cap. III. §. 17. Cap. IV. Sect. I. §. 7. 8. etc. Ad III.) Me equidem suffragantem habet ill. HENNIGES., dum in *Medit. ad locum quaest. litt. U X.* contra ill. BVCKISCHII Obs. 141. statuit, *sensum Constitutionis, prout allegata est, genuinum, perfectamque illius Constructionem aliter concipi non posse, adeoque Ius Dioecesanum Episcoporum Catholicorum, quatenus actuale Anni normalis Exercitium excedit, in A. C. Statuum subditos Catholicos suspensum esse.* Veruntamen ex eo haud quamquam colligere licet, huiuscemodi subditos ex Legibus re ipsa accensendos esse; quum dicta Suspendio proximam eamque actu secundo Instructionem applicationem, siue vim coactiuam externam duntaxat respiciat, ac proinde ipsam virtutem directiuam, siue Ius Iurisdictionis, quoad actum quem vocant, primum, Episcopis Catholicis, pro ratione antiquissimi Systematis, factam tamen indubie conferuet, adeo quidem, vt Dioecetani quaest. ab eadem Virtute Directrice, ad actiones suas legibus dioecetanis conformandas, obligatione interna, h. e. in conscientia perpetuo obstringantur; id quod argumento ex §. 48. (qui de solo actuali Iurisdictionis Ecclesiasticae proprie dictae v. u. atque exercitio loquitur) a sensu contrario desumpto luculentissime euincitur; quanquam in foro humano conditio eorumdem subditorum irregularis quodammodo et extraordinaria videatur. Sed quum iusto longius procedere Dissertationem, animaduertam, hic eam abrupto, illudque cum Propbeta Osea Cap. 1. et 2. vnice in votis habeo: *Det is, qui corda in manu habet, et metas Sectis ponit, vt Israel infeliciter diuisus Iudae deano iungatur! AMEN!*



Nevakansko
1881

